1705 PLANTARUM

FRANCISCI XAVERII WVLFEN,

ACAD. CAES. NAT. CVR. NEC NON REG. BEROL. REG. HOLM. JENENS. GÖTTING. RATISB. ETC. SODAL.

PLANTARVM RARIORVM DESCRIPTIONES.

LIPSIAE,

SVMTIBVS BIBLIOPOLII SCHAEFERIANI,

CIƆIƆCCCV.

E L E N C H U S.

Galium

Francifci Xaverii Wulfen,

Acad. Caef. Nat. Cur. nec non Socc. Reg. Berol. Reg. Holm. Jenenf. Götting. Ratisb. etc. Sodal.

Plantarum rariorum defcriptiones.

1. Olea *europaea.*

Olea foliis lanceolatis, racemisque axillaribus, oppofitis.

Olea europaea foliis lanceolatis. *Linn.* Sp. pl. p. 11. N. 1. *Gerard.* Gallopr. p. 322. N. 1. *Allion.* Fl. Pedem. I. p. 121. N. 449. *Villars.* Delph. II. p. 5. N. 5. *Hoft.* Synopf. p. 3. N. 1.

Olea. *Dodon.* Pempt. p. 821. *Cluf.* hift. p. 26.

Goritiae in Monte S. Catharinae, ac in Vineis ubique, perinde ac Tergefti, et in toto Littorali.

Arbor octo novemque pedum, brachii hominis craffitudine, femper virens. Folia oppofita firma laurina lanceolata, breviter petiolata glabra, fupra obfcure viridia fubtus albida, rachi dorfali exftante percurfa, integerrima, oris marginum revolutis. Racemi florum axillares, oppofiti, erecti, foliis breviores. Flores breviter pedunculati, albi. Calyx exiguus, hemisphaerico-tubulofus, breviter quadrifidus, aut crenulatus, corollae concolor, caducus. Corolla alba, rotata verius, quam infundibuliformis, tubulo annulari brevi, limbo plano quadripartito, laciniis ovatis. Stamina duo brevia alba, antheris flavis, craffiufculae didegmis breviora. Germen fubrotundum ftylo brevi, ftigmate craffiufculo bifido. Drupa oblongo-ovata uniloculari monofperma; Nux dura oblongo-ovata rugofa.

Obferv. Cl. Hoft Nucem fubbilocularem dicit.

Rami principales fufco-nigricantes, digiti auricularis craffitudine, teretes, obtufe ftriato-fubangulofi, glabri, obfiti undique copiofe verruculis exiguis, quae microfcopio infpectae orbiculi funt pulvifculo ceraceo-flavido farcti, ut fphaeriae fufpicer fpeciem. Ramuli novelli graciles teretes, albido-incani, per intervalla oppofiti aut ternati. Lignum durum album.

2. Veronica *Bellardi.*

Veronica floribus ex alis foliorum solitariis, breviter pedicellatis, foliis linearibus, cauleque simplice erecto stricto, ab ima basi ad apicem florifero, et capsulis hirsutis.

Veronica Bellardi hirsuta, caule erecto simplice toto florigero, foliis linearibus fructu subsessili brevioribus. *Allion.* Fl. Pedem. I. p. 77. N. 282. Tab. 85. Fig. 1.

Ad agrorum alpestrium margines arenosos, et muratas supra sepes, via, qua ex Dellach ad Heiligenblut adscenditur, in vicinia et e regione des Jungfern Sprungs.

Radix annua gracillima, fili ad instar, paucis, et ipsis capillaceis vage obsita fibrillis. Caulis aciculae crassitudine, a duobus ad quinque altus pollices, erectus, strictus, simplex, (rarius unico, aut duobus brevioribus et ipsis strictis, ima e basi enatis ramis) teres, viridis, hirsutus. Folia duo duntaxat, ima in caulis basi, eaque opposita, sessilia, anguste linearia, obtusa, integra, hirsuta. Flores ab ima caulis basi, ad usque apicem, ex alternis bracteolarum axillis solitarii, breviter pedicellati. Bracteolae obtuse lineares, integrae, vix, nisi microscopice, subcrenulatae, hirsutae, pedicellis longiores, calyces subaequantes. Pedicelli hirsuti bracteolis, calyceque breviores. Calyx quadripartitus; laciniis lineari-lanceolatis, hirsutis; binis interioribus parumper brevioribus. Corolla generis, calyce minor, caerulea; segmentis limbi ovato-acutis, quarto minore. Stamina duo, stylus, stigma ut in congeneribus. Capsula obcordata, dorso, magisque margine hirsuta, calyce equidem brevior, eo tamen latior, margine compresso utrinque prominente, bilocularis, quadrivalvis etc.

3. Salvia *Sclarea.*

Salvia foliis oppositis, petiolatis, cordatis, serratis, rugosis, villosis; bracteis cordato-acuminatis, concavis, calyces excedentibus; calycum dentibus aristatis.

Salvia Sclarea foliis rugosis cordatis, oblongis villosis, serratis; bracteis floralibus calyce longioribus, concavis, acuminatis. *Linn.* Sp. pl. p. 38. N. 27. *Gerard.* Fl. Gallopr. p. 259. N. 6. *Villars.* Delph. II. p. 405. N. 8. *Host.* synops. p. 18. N. 7.

Horminum sylvestre primum. *Clus.* hist. XXVIII.

Orvalla *Dodon.* Pempt. p. 292.

Galli-

Gallitrichum Sativum. *Joh. Bauh.* hist. III. p. 309.
Sclarea. *Tabern.* hist. p. 764.
In Littorali districtus Fluminensis; frequens in Insula Cherso, Osero etc.

Plantae biennis radix digitum fere auricularem crassa, subbrachiata, tereti-subfusiformis, fibris septa, sublignescens. Caulis erectus, cubitalis et altior, firmus, tetragonus, virens, molliter incano-villosus, ex axillis oppositis, opposito-ramosus. Folia omnia longiuscule et crasse petiolata, petiolis semiteretibus incano-villosis: caulina opposita, latiuscule oblongo-cordata, obtusa; radicalia potius oblongo-ovalia; omnia per oras crenata, aut obtuse serrata, obscure absque nitore viridia, incano-villosa; supra convexiuscula, rugosa, cum tempore etiam ex rugis velut bullata; subtus pallidiora, nervosa, et e venulis reticulata. Caulis ramique in spicam interrupte verticillatam, rectam abeunt. Verticilli communiter sexflori (floribus utrinque tribus, demptis summis, utrinque unifloribus) succolantur bracteis binis oppositis foliaceis, latiusculis, sessilibus, amplexicaulibus, cordato-acuminatis, calyces tantillum excedentibus, incano-villosis, viridibus, apicem versus pallide purpurascentibus, primum concavis et erectis, serius reflexis. Calyx brevi, et villoso nixus pedunculo, tubuloso-turbinatus, bilabiatus, striis elevatis exaratus, viridis, incano-villosus; labiis divaricatis; superiora planiusculo, trinervato, retrorsum subreclini, apice retuse trifido, triaristato; inferiore compresso, semibifido, biaristato. Corolla magna, bilabiata, ringens; tubulo brevi, sub fauce gutturoso; fauce ipsa subcompressa; labiis albis, sed in dilutam caeruleitatem (praeprimis superiore) emorientibus, extus pubescentibus. Labio superiore seculae instar antrorsum falcato, compresso, carinato, obtuso, apice inciso, inferiore trilobo, lobulis lateralibus angustis, brevioribus, antrorsum obliquis, intermedio ampliusculo, concavo-suborbiculari, emarginato, porrecto. Stamina tantum duo directione galeae, eadem breviora, apice exserta, una cum antheris oblongis flavis, supra basin denticulo deflexo sterili appendiculata. Stylus directione galeae, eadem longior, albus, stigmate caerulescente breviter, acute, et inaequaliter bifido, semina quatuor nuda, nigra. Odor gravis. Rigescentibus per aetatem villis, et fuscescentibus, planta fit tactui scabriuscula.

Obs. Non vane suspicor, hanc Salviam eamdem esse, quam Scopoli nomine Salviae haematodis recenset.

4. Iris *squalens.*

Iris petalis externis reflexis, medio replicatis, barbatis; internis erecto-conniventibus emarginatis, canaliculato-subpedunculatis; foliis ensiformi-falcatis, caule multifloro brevioribus; germine obtuse hexagono-sexsulcato.

Iris squalens corollis barbatis, caule foliis altiore multifloro; petalis deflexis replicatis, erectis emarginatis. *Linn.* Sp. pl. p. 56. N. 5.

Ad marginem fossae prope Pagum Fori Julii Redepuglia. Detexit Rev. Berini.

Radix perennis, de more horizontalis, repens, teres, articulata, fibras demittens. Caulis plus quam cubitalis, erectus, teres, glaber, viridis, foliosus, laxe alternatim triflorus, foliis altior. Folia radicalia multa, pauciora per caulem, eaque laxe alterna, eundem vaginantia; omnia ensiformi-falcata, firma, striata, glabra, viridia. Pedunculi longi, e vagina foliorum caulinorum, aphylli, monoflori. Spatha, calycis loco, singulis floribus subjecta diphylla oblongo-ovata, obtusa, ventricosa, scariosa. Flores intra spatham pedunculati, magni, tamen quam in Germanica paullo minores, structura caeterum ut in Germanica. Petala tria exteriora latiuscule obovata, integra, in petiolum velut canaliculatum decurrentia, squalide purpureo-caerulescentia inferiora versus flavescentia, reflexa, lateraliter sursum replicata, superne longitudinaliter villis confertis flavis albidisque barbata, et venis obliquis ramosis purpurascentibus latera versus picta. Interiora tria paullo angustiora et ipsa oblongo-obovata, erecta, emarginata, arcuatim conniventia, squalide flavescentia, nuda, seu imberbia, stigmata petaliformia ut in congeneribus sed squalide flaventia, apice profunde fissa, lobis acuminato-triangulis, subserrulatis, divergentibus. Reliqua cum proportione, ut in Germanica.

5. Scabiosa *leucantha.*

Scabiosa corollis quadrifidis aequalibus; capitulis globosis; Squamis calycinis scariosis, ovatis; foliis pinnatifidis, rigidis, pinnis lineari-lanceolatis, subserratis.

Scabiosa leucantha corollulis quadrifidis aequalibus, squamis calycinis ovatis obtusis, foliis pinnatifidis. *Linn.* Sp. pl. p. 142. N. 4. *Gerard.* Gallopr. p. 219. N. 2. *Scopol.* Fl. Carn. II. P. I. p. 95. N. 137. *Villars.* Delph. II. p. 290. N. 2. *Allion.* Fl. Pedem. I. p. 138. N. 505. *Host.* Synops. p. 68. N. 1.

Scabiosa glabra, foliis rigidis viridibus. *Jo. Bauh.* hist. III. P. I. p. 8.

Scabiosa montana calidarum regionum. *Lobel.* Observ. p. 291. figuratenus.

Scabiosa alba belgicorum hortorum. *Clus.* hist. p. 111. figuratenus.

Scabiosa Trenta. *Hacquet.* Pl. alp. p. 13. Tab. 4. Fig. 1.

In asperis Japodum montibus, vulgo Karsch, inde à Duino usque Segniam; praeprimis qua ex Schneeberg Croatico per Grobnek ad sinum Flanaticum descenditur.

Radix

Radix perennis, fusiformis, lenta, sublignescens, fibris vage septa, arcte rupes intra depacta, caulem unum, pluresve, simplicissimum unico cum capitulo, aut communiter superiora versus, per unam pluresve dichotomias ramosum effert pedalem ad usque sesquicubitalem, anserinae vixdum pennae crassitudine, erectum, firmum, rigidum, siccum, flecti difficilem, teretem, striatum, glabrum, dilute virentem. Folia radicalia, et caulina (quae omnia semper opposite connata) infima pinnatifida, pinnis per communem axem anguste decurrentibus, de se lanceolatis, planis, dentato-serratis, glabris, firmis, rigidis, exterioribus sensim latitudine, et longitudine crescentibus, impare reliquis majore, ut pinnatifido-lyrata etiam dicas. Quae contra folia superiorem ex adverso occupant caulem sub ejusdem in dichotomias divisionibus, et ipsa quidem pinnatifida, pinnis tamen anguste linearibus, rariter quandoque denticulatis, plerumque integerrimis. Rami seu capitulorum pedunculi elongati, nudi, rigidi, erecto-patuli. Capitula terminalia, solitaria, globosa, alba, rubro-variegata, nulli foliorum involucro insistentia. Calyx capituli cujusque communis, quatuor, quinqueve constat squamulis perparvis, ovatis, viridibus, albo-marginatis. Reliquum omne quodvis capitulum (aut si ita velis, receptaculum) squamis verius, quam paleis constat oblongo-obovatis, per plures series imbricatas in sphaeram conniventibus, membranaceo-scariosis, duris, rigidis, concavo-convexis, albis, pube decumbente albo-sericea, et microscopica obsitis, apice, perque oras serius, rubentibus, singulis germina singula, floremque, calycis ad instar, vallantibus. Non igitur villosum (ut Scopoli habet) sed neque paleaceum proprie, est receptaculum; optime scarioso-squamosum dixeris. Germen (serius semen) inferum, sessile, tetragono-turbinatum, fuscum, albo-villosum; coronatum duplice proprio calyce: inferiore membranaceo, in lacinulas triangulas multipartito; superiore simulque interiore, et ipso brevi, multisetuloso, stellatim erecto patulo. Corolla nivea semper (nec ut Lobelius in Advers. purpurea) tubuloso-subinfundibuliformis, extus microscopice pubescens, limbo quadripartito, segmentis oblongo-ovatis, extimo tantillo majore. Stamina quatuor alba, multo corollis longiora, erecto-patula. Antherae oblongae, dilute flavae. Stylus staminum longitudine albus. Stigma obtusum. Odor nullus.

Observ. Lobelii, Clusiique figurae, utpote eaedem cum Bauhiniana, huc pertinent; non item eorundem descriptiones. Ipse Tyrnaviae fui; neque ibidem Scabiosam nostram uspiam vidi. Quae ibidem crescit Scabiosa flore albo, annua, ut vult Clusius, planta est, et ut Horvatovskius cum Lumnizero observavere, eadem, cum Scabiosa tartarica Linnaei, planta.

6. Scabiosa *auſtralis.*

Scabioſa corollis quadrifidis ſubaequalibus, calyce longioribus; capitulis florentibus ſphaeroideis, fructiferis oblongo-ovatis; foliis lanceolatis integerrimis.

In paludoſis Monfalconii ad latera rivuli cujusdam decurrentis.

Radix annua? fuſiformis, fibris ſepta. Caulis pedalis, cubitalisve, erectus, pennae columbinae craſſitudine, teres, ſubtiliter ſtriatus, viridis, pubeſcens, dum inferne glabreſcat, in unam alteramve diviſus dichotomiam. Folia acute lanceolata, firmula, integerrima, inferne attenuata, ac velut in petiolum decurrentia, ima petiolata etiam; caulina oppoſita, baſi connata; omnia e viridi glauceſcentia, glabra, et per marginum oras retroductu aſperula. Capitula in caule dichotomiarumque brachiis terminalia, ſolitaria, magnitudine vixdum eorum ſucciſae, ſub antheſi ſphaeroidea, in fructu oblongo-ovata. Calyx communis floribus brevior, patens, compoſitus ex foliolis, in tribus ordinibus, usque decem, duodecimve, ovato-lanceolatis, integris, viridibus, pubeſcentibus. Receptaculum ovatum obſitum paleis lineari acuminatis, intermixtisque germinibus ovatis, ſtriatis, nudis, ſeſſilibus, coronatis duplice proprio calyce; inferiore membranaceo, albido, vix trientem lineae alto; interiore in ſetulas aliquot partito. Corollae flavae; tubuloſo-quadrifidae, ſubaequales, ſegmento exteriore paullo majore, ſtamina quatuor, alba, corollis longiora. Antherae flavae. Stylus albus ſtaminum longitudine. Stigma obtuſum, ſemina oblongo-ovata, ſulcis pluribus exarata.

7. Scabiosa *longifolia.*

Scabioſa corollis quadrifidis, radiantibus; foliis elongato-lanceolatis, firmis, integerrimis, imis in petiolum decurrentibus; ſummis connato-ſeſſilibus.

Scabioſa longifolia corollulis quadrifidis radiantibus; foliis oblongis lanceolatis integerrimis, caule inferne glabro, ſuperne piloſo. *Wallenſtein* et *Kitaibel.* Pl. rar. Hung. Decas. I. p. 4. Tab. 5.

Copioſa in adſcenſu graminoſo rupeſtri, qua ex Prax ſupra Niederndorf, verſus alpem Dürrenſtein adſcenditur. Etiam in Monte Cren prope Cividale.

Quum primum plantam hanc Anno 1790. menſe Julio in dicto reperi adſcenſu, fruſtra meos inter auctores quaeſitam, pro nova habui ſpecie: forte plane fortuna accidit, ut nuperrime primam rariorum Hungariae plantarum decadem uſpiam conſpicerem, in qua ad vivum expreſſam vidi plantam hanc meam ſub longifoliae nomine. Radix illi perennis, oblique horizontalis, fuſiformis,

formis, fibras recta demittens, fusca, intus alba. Caulis (etiam plures) plus minus cubitalis, rectus, teres, fistulosus, firmus, rarius simplicissimus, plerumque per unam, duasve dichotomias, divisus, viridis, inferne primum microscopice hispidulus, serius glabrescens; supra divisiones, in elongatis dichotomiarum pedunculis molliter villosulus. Folia elongato-lanceolata, firma, integerrima, viridia, et e virore subglaucescentia, rachi subtus robusta carinata, utrinque glabra, interdum ad usque spithamam longa; radicalia, et infima caulis (quae semper opposita) in petiolum decurrentia; reliqua sessilia, subconnato-amplexicaulia; summis, et in pedunculis capitulorum brevibus, plus minus molliter pilosis. Capitula florum magna, terminalia, hemisphaerica. Calyx eorundem communis e tribus foliorum ovato-lanceolatorum, corollas aequantium alternis seriebus compositus; foliolis planis viridibus, cano-pilosis. Receptaculum villis rectis hirtum. Germina infera subtetragono-turbinata, villosa, calycibus propriis coronata; inferiore brevissimo membranaceo erecto-patente fuscescente; superiore multisetuloso. Corollae rubrae; disci tubuloso-infundibuliformes, inaequaliter quadrifidae; peripheriales majores, tubuloso-subbilabiatae, segmento interiore breviore simplice; exteriore tripartito lacinula media reliquis majore; omnes extus pubescentes. Stamina quatuor alba aequalia corollis longiora. Antherae luteolae. Stylus albus. Stigma capitato-emarginatum. Semen subtetragono-turbinatum villosum. Odor nullus.

8. Scabiosa *maritima*.

Scabiosa corollis quinquefidis radiantibus, calyce brevioribus; foliis laxe et anguste pinnatis; pinnis foliisque summis linearibus integerrimis.

Scabiosa maritima corollulis quinquefidis radiantibus, calyce brevioribus, foliis pinnatis, summis linearibus integerrimis. *Linn.* Sp. pl. p. 144. N. 13. *Villars.* Delph. II. p. 295. N. 9. *Gouan.* Fl. Monsp. p. 72. N. 4.

Scabiosa maritima parva. *Joh. Bauh.* hist. III. p. 7.

Frequens in Littorali prope Monfalcone, et Sagrado, tum et prope Venzone, Gemona, et Ospidaleto.

Radix perennans, fusiformis, semilignescens, fibris septa, ex qua unus aut plures cubitales assurgunt caules, divaricato-ramosi, teretes, lineam semialteram crassi, rigidi, atro-purpurascentes, villis cito caducis sparsim obsiti, tum glabrescentes. Folia opposita; radicalia et caulina, demptis summis simplicissimis, laxe, et anguste linearibus, et integerrimis. Rami oppositi, divaricati, et ipsi foliosi. Capitula terminalia, simplicia, longe pedunculata,

sub

ſub antheſi hemiſphaerica, in fructu ſphaeroidica. Calyx communis perſiſtens, polyphyllus, foliolis lineari-acutis duabus in ſeriebus, usque octo, anguſtis, alternis interioribus brevioribus, omnibus viridibus, cano-pubeſcentibus, quam corollae, paulo longioribus, ſub antheſi patentiſſimis, in fructu reflexis. Receptaculum convexum paleis anguſtiſſime lineari-acutis albis, diſci longitudine obſitum. Germina infera, turbinata, cano-villoſa, ſeſſilia, inter receptaculi paleas, coronata duplice calyce proprio; exteriore pelviformi, ſcarioſo, membranaceo, albo, diaphano, multiſtriato, erecto-patulo, per oras acute multidenticulato; interiore in ſetas quinque, triplo longiores, atro-rubentes, divaricatim patentes, partito; utroque perſiſtente. Corollae caeleſtino-caeruleae, extus cano-pubeſcentes, tubuloſae, limbo centralium breviter et aequaliter quinquefido, peripherialium profundius et inaequaliter quinquepartito, et radiante; ſegmentis binis intimis brevibus, tribus exterioribus obovatis, intermedio maximo. Stamina quatuor alba filiformia, corollis longiora. Antherae oblongae, incumbentes flavae. Stylus ſtaminum longitudine, albus. Stigma obtuſum, ſemina germinibus analoga, cano-pubentia. Odor nullus.

Obſerv. Recte jam J. Bauhinus Adriaticam hanc Scabioſam, a Stellata hiſpanica Cluſii diverſam eſſe ſuſpicatus eſt.

9. Asperula *Taurina.*

Aſperula foliis quaternis late ovato-lanceolatis ſubhirſutis; caule tetragono; faſciculis florum terminalibus involucratis.

Aſperula Taurina foliis quaternis ovato-lanceolatis, floribus faſciculatis terminalibus. *Linn.* Sp. pl. p. 150. N. 3. *Villars.* Delph. II. p. 315. N. 3. *Allion.* Fl. Pedem. I. p. 11. N. 46.

Aſperula foliis ovato-lanceolatis quaternis, petiolis unifloris, erectis, foliis circumvallatis. *Haller.* hiſt. I. p. 320. N. 732.

Galium Taurinum foliis ovato-lanceolatis villoſis; floribus in ſummo caule, nec ex foliorum alis. *Scopol.* Fl. Carn. II. P. I. p. 101. N. 148.

Rubia laevis Taurinenſis. *Lobel.* Obſerv. p. 465. *Dalecham.* hiſt. Lugd. p. 1330.

Rubia quadrifolia italica hirſuta. *Jo. Bauh.* hiſt. III. p. 717.

Cruciata alpina latifolia laevis. *Scheuchz.* It. alp. II. p. 132.

In Sylvis umbroſis Montis Sancti, et Montis Sanctae Catharinae Goritiae, ubi An. 1755. florentem inveni, item circa Monfalcone.

Radix

Radix perennans, teres, ſub terra repens, fibrillis per intervalla firmata, lenta, rubens. Caulis erectus, ſpithamalis, usque pedalis, tetragonus, tomentoſulus, dum calveſcat; ex ſuperioribus verticillorum alis alternatim ramoſus. Folia ad articulorum genicula verticillatim quaterna, ſeſſilia, late ovato-lanceolata, trinervia, viridia absque nitore, ſubtus pallida, aquoſaque villis mollibus albis utrinque, tum per margines nervosque, ſerius magnam partem cadivis, obſita. Rami ſive verius pedunculi ſimplices, ex alternis foliorum verticillis, foliis, non caule, altiores, erecti, aphylli. Flores usque viginti et amplius, in caulis ramorumque apice faſciculatim aggregati, ſtipate addenſati, erecti, ſubſtratis, involucri ad inſtar, foliolis quatuor erectis, reliquorum ſimilibus, anguſtioribus tamen, et bene hirſutis, faſciculo paulo brevioribus, ſuntque nivei, ſemipollicares (ſex lineas longi) graciles, monopetalo-infundibuliformes, germini parvo, nudo, ſubrotundo, didymo inſiſtentes. Corollae tubus elongatus; limbus quadripartitus, ſegmentis oblongis, obtuſis, erecto-patulis. Stamina quatuor tubi ſub fauce, alba; antheris violaceis, ſerius nigris, ſtylus longitudine ſtaminum, apice bifidus. Corollae centrales fertiles, exteriores in orbem ex ſtyli defectu maſculae, aut abortientes. Fructus rotundus, nudus, ex baccis binis coalitis.

10. Galium *trichophyllum*.

Galium foliis ſenis, brevibus, anguſtiſſime lineari-mucronatis; paniculis ex racemis oppoſitis dichotomis ſubtrifloris; fructu glabro corollis duplo majore.

Galium trichophyllum caulibus tetragonis erectis ramoſis, foliis octonis laevibus ſubulatis. *Allion.* Auctarium. p. 1. N. 18.

Galium megaloſpermum foliis ſenis ſemiteretibus, caulibus diffuſis, fructu majori. *Villars.* Delph. II. p. 323. N. 8. excluſo Allionii ſynonymo.

In collibus apricis duris prope San Daniele, et Monfalcon.

Radix perennis, pennae columbinae craſſitudine, ſub ſolo duro rupeſtri diſcurrens, arcte depacta, ligneſcens; caules effundit diffuſe ramoſos, e decubitu ſurrectos, palmares, pedales, ſesquipedalesve, tetragonos, laeves, baſi ſerius dureſcentes, exaridos, ſubligneſcentes. Rami oppoſiti, reſpective breves, unum ad tres pollices longi, communiter inaequales, altero minore. Folia ad genicula verticillatim ſena, reſpective brevia, quatuor, vix ſex, linearum, in ſtellam patentia, lineari-mucronulata, adeo tamen anguſta, ut, praeprimis per deſiccationem, ſubulata, ſetaceave credas, aut ut Villarſio viſum, ſemiteretia; ſuntque ſaturate viridia, glabra, fere et nitentia, ſupra convexa, (tanquam ſi carnoſula forent) ſubtus rachi elevata decurſa, et per

deficcationem ora marginum revoluta, velut canaliculata. Abeunt caulis ramique, in brevem, aut oblongam, laxiufculam, aut contractam paniculam, compofitam ex racemulis oppofitis, femel aut iterum breviter dichotomis; divifionibus extimis bi-triflorisque, rarius quadrifloris; Floribus parvis, breviter et gracillime pedicellatis, albis. Corollae de more germini infidentes, rotatae, quadripartitae, patentiffimae, fegmentis ovato-acutis. Reliqua generis. Fructus fphaeroidico-didymus, glaber, primum ex albido in ochroleucum languens, ferius nigrefcens, corollis duplo, triplove major.

Obferv. Subdubitaverat, nec immerito, Villarfius ad Galium fuum megalofpermum citare Allionii Galium ejusdem nominis, utpote quibus fors nil nifi fructus magnitudo communis foret. Dubitationem hanc fuo in Auctario fuftulit Allionius, afferens Villarfii megalofpermum a fuo megalofpermo fpecie differre. An vero et ad Galium trichophyllum Allionii pertineant Galia Villarfii tenue, et Juffieui? ut fubdubitans exiftimat Allionius, equidem non decidam; credo tamen differre, cum Villarfius apud neutrum de fructus magnitudine meminerit.

11. Galium *tenuifolium*.

Galium foliis fenis rigidis angufte lineari-mucronatis patulis; paniculis ex racemis oppofitis dichotomis fubtrifloris; corollis fructu glabro rugofo majoribus.

Galium tenuifolium foliis fenis rigidis diffufe ramofum, floribus albis e fummo caule prodeuntibus. *Allion.* ftirp. Nicae. p. 5. N. 2. Fl. Pedem. I. p. 6. N. 23.

Galium Corrudaefolium. *Villarf.* Delph. II. p. 316. N. 4.

Galium foliis linearibus fulcatis retrorfum fcabris, pedicellis capillaribus. *Gerard.* Gallopr. p. 226. N. 2.

In apricis duris afperis Majo et Junio frequens Goritiae in Monte S. Catharinae, tum prope Salcanum; etiam inter Mernam et Bertoibam circa domum Molitoris, in faxofis ad littus Maris in Monfalcon. Denique prope San Daniel etc.

Ex radice perennante fublignefcente, caules pedales, cubitalesve, ficci, rigiduli, inferne plerumque exaridi, et nudi, fat graciles, tetragoni, glabri, per angulos retroductu fcabri, diffufe ramofi, decumbentes, et ex decubitu affurgentes, virides, per aetatem e virore fubincani. Rami caulibus fimiles, alterni, oppofitive, quo in cafu, altero alternatim, quam oppofitus, longiore. Caulis, ramique panicula terminantur non admodum diffufa, conftante ex race-

racemulis oppositis (altero iterum plerumque, quam oppositus, minore) bis, aut in extremis simpliciter, dichotomis; dichotomiarum brachiolis trifloris. Calyx vix ullus. Germen inferum didymum. Corolla fructu major, alba, generis. Stamina quatuor alba. Antherae albae, cum tempore semper nigrae. Reliqua generis. Fructus didymus, glaber, rugosulus. Folia ad articulorum genicula verticillatim sex, angusta, linearia, mucrone terminata, patentia, glabra, viridia, per oras exiguis serrulata ciliis, rigida, supra stria impressa exarata, subtus rachi exstante carinata; serius ex desiccatione, marginibus revolutis ita contracta, ut subulata credas, nec scabritiem marginalem detegas.

12. Galium *pusillum*.

Galium foliis suboctonis, lineari-mucronulatis, cauleque villulis albidis hispidis, corymbulis caulis ramorumque bis trifidis, trifloris; fructu glabro.

Galium pusillum foliis octonis hispidis linearibus acuminatis subimbricatis, pedunculis dichotomis. *Linn.* Sp. pl. p. 154. N. 11.

Galium foliis octonis linearibus hispidis, caulibus diffusis brevissimis. *Gerard.* Gallopr. p. 226. N. 4. dempto synonymo Tournefortii ad Gal. minutum fl. flavo, pertinente.

Galium scabrum. *Jacqu.* Fl. Austr. V. p. 10. Tab. 422. *Host.* Syn. p. 72. N. 3.

Galium asperum foliis septenis, cauleque inferne pubescentibus, panicula ramis strictis dichotomis. *Schreber.* Spicil. Lips. p. 3. N. 888.

Galium sylvestre foliis suboctonis lineari-lanceolatis subasperis aristatis fructibus glabris. *Roth.* Fl. Germ. II. P. I. p. 180. N. 6.

Galium sylvestre pubescens caule foliisque inferne pubescentibus. *Schrader.* Spicil. I. p. 13. Var. 3. demptis synonymis Halleri. Boccon. Haenke. Allionii.

Ad saxa umbrosa sylvarum. Klagenfurti Junio prope Praedium Pichlern.

Radix gracilis, fibrillis septa, tamen perennans, ex pluribus per terram late diffusis annotinis, jamque exaridis caulibus, novos quotannis ad spithamae plus minus altitudinem surrectos profert herbaceos caules, graciles, tetragonos, tumidiusculis laxe interstinctos geniculis, ab imo jam alias, alias superiora duntaxat versus ramulosos, villulis semper albidis rigidulis undique hispidos, et scabros. Folia ad articulorum genicula verticillatim octo, quandoque non nisi septem, in ramis sena, sub dichotomiis bina opposita; suntque

 lineari-

lineari-lanceolata, cis apicem non nihil latefcentia, ipfo apice in mucronulum rigidiufculum diaphanum exeunte, fupra fubtusque villulis albidis rigidiufculis hifpida, et fcabra; inferne rachi exftante, fuperne ftria impreffa exarata, marginibus ciliatis, ferius revolutis. Caulis ramique apice corymbofa terminantur panicula, bis, terve trifida, divifionibus extimis trifloris. Flores parvi, albi, generis. Fructus globofo-didymus, glaber. Caulis fummus, fummaque folia aetate calvefcunt.

Obferv. Pollichii Galium fylveftre non recepi, cum expreffe dicat, folia effe glabra nitentia.

13. Galium *purpureum.*

Galium foliis octonis anguftiffime lineari-mucronulatis, patulis, rigidis; racemulis caulis, ramorumque axillaribus, folio longioribus, pauci-floris.

Galium purpureum foliis verticillatis, lineari-fetaceis, pedunculis capillaribus, folio longioribus. *Linn.* Sp. pl. p. 156. N. 17. *Allion.* Fl. Ped. I. p. 5. N. 19.

Galium caule erecto, ramofiffimo, foliis linearibus peranguftis; petiolis ramofis confertis. *Haller.* hift. I. p. 317. N. 721.

Galium nigropurpureum montanum tenuifolium. *Colum.* Ecphr. p. 298. *Seguier.* Veron. I. p. 19[illegible]. N. 5.

Galium rubrum. *Scopol.* Fl. Carn. II. P. I. p. 103. N. 154. *Hoft.* Synopf. p. 74. N. 9. exclufo Clufii fynonymo.

Galium flore rubro fpregerianum. *Jo. Bauh.* hift. III. P. II. p. 721. figuratenus; nam defcriptio eft ex Clufio, Galii rubri Linnaei.

Percopiofum in Forojulio Goritiae, Monfalconii, Duini, San Daniele etc. In Carniolia Haidoviae. In Carinthia in adfcenfu afpero Arnoldfteinii etc.

Radix perennis, fcriptorii craffitudine calami, lignefcens, extus obfcure rubens, fufcaque, intus flavefcens, ex veterum caulium exaridorum reliquiis decumbentibus, annuum unum, alterumve pedalem plus minus attollit caulem, copiofe et diffufe ramofum, gracilem illum, fed rigidum tetragonum, glabrum, retroductu tamen per angulos fcabriufculum, ex obfcuro virore ferius obfcure rubefcentem; una cum ramis ex brevium articulorum geniculis, copiofe verticillatim foliofum. Folia in caule octona, pauciora in ramis, omnia brevia, anguftiffime lineari-mucronata, rigida, obfcure viridia, fupra glabra, fubtus rachi exftante carinata, per marginum oras, ferius revolutas, exiguis exafperata

rata ciliis rigidulis, patula, dum ferius reflectantur. Racemuli florum in caule, ramisque perquam copiofi, axillares, gracillimi, erecti, folio aliquantum longiores, apicem verfus ex bracteolis oppofitis pauciflori, floribus fcilicet binis, ternisve, breviter pedicellatis. Calyx vix ullus difcernendus. Germen inferum nudum. Corolla rotata, faturate, fimulque obfcure, velut e nigro, rubra; limbo quadripartito, patente, fegmentis ovato-acuminatis, ftamina de more quatuor, corollis breviora. Antherae flavo-aurantiacae. Stylus femibifidus. Stigmata obtufa. Fructus generis e viridi rubefcens, tandem nigrefcens, glaber. Floret provecta aeftate.

14. Galium *ariftatum*.

Galium foliis octonis, lanceolatis mucronatis, cauleque teretiufculo-tetragono, laevibus; panicula fupradecompofita capillari; petalis ariftulatis; fructu glabro.

Galium ariftatum foliis octonis lanceolatis laevibus; panicula capillari, petalis ariftatis, feminibus glabris. *Linn.* Syft. Nat. Tom. II. p. 118. N. 1. *Allion.* Fl. Pedem. I. p. 7. N. 28.

Galium laevigatum caule recto tereti, foliis octonis lanceolatis, panicula capillari. *Villars.* Delph. II. p. 327. N. 16.

Rubia laevis linifolia floribus albis. Barrel. hift. p. 12. N. 99. T. 356.

Rubia laevis linifolia Montis Virginis. Barrel. hift. p. 12. N. 99. T. 583.

Auf der Pecken am Creuzberg in fylva, eo plane loco, ubi in rupe calcaria, romana Julii Caefaris infcriptio: Viam rotabilem fecit, cernitur, dum Pyruftarum (Pufterthaler) oppreffurus feditionem, noricas per alpes exercitum duxit.

Radix perennis, calami vixdum craffitudine, transverfa, ramofa, fibrillis aucta, plures per intervalla effert caules bi-tripedales, vicinis fubnixos fruticulis, inferne teretiufculos, furfum verfus obtufe tetragonos, virides, laeves, ex fuperioribus oppofitionibus ramofos, ex articulorum geniculis verticillatim foliofos. Folia in inferioribus octona, tum in fuperioribus, ramisque fena; fumma quaterna, et ex oppofitione bina denique; plus minus pollicaria, lineam, aut fesqui alteram lata, lanceolata, uninervia, terminata brevi mucrone, integra, glabra, fupra faturate absque nitore viridia, fubtus aquofiora, pallidaque, patentia, ferius reflexa. Abeunt caulis, ramique in paniculam fupradecompofitam diffufam; corymbulis per intervalla oppofitis, aliquoties dichotomis, una cum florum pedicellis praetenuibus, ac ut in Galio fylvatico, capillaribus; ultimis bi-tri-aut quadriforis. Flores omnes hermaphroditi,

 parvi,

parvi, albi, ſegmentis corollarum apice ariſtulatis; reliqua generis. Fructus globuloſo-didymus, glaber, nigreſcens, parvus.

15. Galium *obliquum.*

Galium foliis octonis brevibus lanceolatis, cauleque quadrangulo decumbente, canis villis hirtis, ramulis oppoſitis brevibus, bis bifidis, fructu glabro.

Galium obliquum foliis octonis anguſtis, inferioribus cano-hirtis obliquis, ſuperioribus glabris, corollis ariſtatis. *Villars.* Delph. II. p. 324. N. 9. Tab. 8. demptis ſynonymis.

Reperitur in rupeſtribus ſaxoſis montis Caelii haud procul Vienna.

Radix perennis, fibroſa. Caules pedales et ultra, late decumbentes, nec niſi ſuperiora verſus, e decubitu oblique aſſurgentes, quadranguli, rigidi, virides, villis undique rigidulis, albidis, denſe obſiti, et ſcabri; ad ſuperiores foliorum verticillos ex oppoſitione ramuloſi; ramulis reſpective brevibus, et ipſis quadrangulis rigidis, villoſo-hiſpidis, breviter bis ſummum ter dichotomis, divaricato-patentibus. Folia ad articulorum genicula verticillatim octona, reſpectu longitudinis plantae brevia, vix ſemipollicaria, obverſe lanceolata, brevi cuſpidula terminata, firmula, patentia, ſerius reflexa, et ipſa iisdem brevibus villulis incanis obſita et ſcabra, ſuperioribus cum tempore plus minus decalvatis, ut obſcure vireant. Flores albi, in brevibus extimarum diviſionum pedicellis, rotati, quadripartiti patentes, ſegmentis ovato-acuminatis, cuſpidula innocua, mucronulatis. Fructus generis, glaber.

Obſerv. Galium hoc, ab omnibus, quae novi, diverſiſſimum; nec ſynonyma ejus, praeter Villarſii (qui bene deſcripſit, et figura expreſſit) invenio, nam quae Villarſius adduxit, alio pertinent omnia.

16. Galium *pariſienſe.*

Galium foliis ſenis, breviter anguſteque lanceolatis, mucronatis, caulibusque proſtratis tetragonis, ſcabris; corymbulis axillaribus bis bifidis trifloris; fructu hiſpido.

Galium pariſienſe foliis verticillatis linearibus; pedunculis bifidis, fructibus hiſpidis. *Linn.* Sp. pl. p. 157. N. 23. *Villars.* Delph. II. p. 332. N. 22. *Allion.* Fl. Pedem. I. p. 9. N. 35. *Gerard.* Gallopr. p. 227. N. 9.

Galium panicula ramoſiſſima, foliis aſperis ſerratis, ſeminibus hirſutis. *Haller.* hiſt. I. p. 319. N. 726.

Aparine

Aparine minima flore albo. *Barrel.* hist. p. 11. N. 94. Tab. 58.

Aparine minor palustris parisiensis flore albo. *Vaill.* bot. parif. p. 14. N. 4.

Copiose circa San Daniele.

In congenerum numero tenerrimum, gracillimumque. Radix annua, ut perennem velit Gerardus, teretiuscula, dilute rubella, recta, fibrillis septa, pennae columbinae crassitudine; plurimos in orbem decumbentes effundit caules inaequales, trium quatuorve pollicum, ad usque spithamae longitudinem, debiles, passerinae gracilitate pennae, tetragonos, scabros tactui, simplices, aut parce vageque ramosos; tanto nihilominus pluribus floriferis ramulis ex verticillorum axillis onustos. Folia ad genicula articulorum verticillatim sena (basin versus etiam pauciora, quatuor scilicet) parva, duabus vixdum lineis longiora, anguste lanceolata, utrinque attenuata, brevi terminata mucrone, supra, subtusque tactui scabra, patentia, serius reflexa. Ramuli, sive verius pedunculi, pene capillares, quadranguli tamen et scabri, tres quatuorve lineas longi ex singulis fere foliorum verticillis, alterni, oppositive enati (paniculam ramosissimam vocat Hallerus) breves apice sustinent corymbulos bis bifidos bi-aut trifloros, suffultos binis, quatuorve foliolis dicam? an bracteolis? Flores exigui, albi. Germen, corolla, stamina etc. ut in congeneribus. Fructus globoso-didymus, nigrescens, setulis albidis rigidulis hispidus.

17. Crucianella *angustifolia.*

Crucianella caule erecto ramoso, foliis senis linearibus; floribus spicatis quadrifariam imbricatis.

Crucianella angustifolia erecta, foliis senis linearibus; floribus spicatis. *Linn.* Sp. pl. p. 157. N. 1. *Gerard.* Gallopr. p. 229. N. 1. *Allion.* Fl. Pedem. I. p. 10. N. 42. *Host.* synopf. p. 76. N. 1.

Rubia spicata Cretica. *Clus.* hist. p. CLXXVII.

Rubia angustifolia spicata. *Barrel.* p. 14. N. 126. Tab. 55c. *Jo. Bauh.* hist. III. p. 721.

Asperula spicata, glumis floralibus maximis. *Haller.* hort. Gött. p. 187.

In arenosis agri Tergestini, tum in vicinis maris Adriatici insulis.

Radix annua, fibrosa, caulis sesquispithamalis, erectus, lineam crassus, tetragonus, striatus, rigidulus, scaber, seu asperulus, obscure viridis; laxa per intervalla senis (quandoque non nisi quinis aut quaternis) in verticillum ordinatis foliis obsitus linearibus, subpollicaribus, angustis, lineam latis, scabris, integris, margine revolutis, erecto-patentibus, serius reflexis. Rami nil

nil nisi spicae florales sunt, ex alternis verticillis foliorum ortae, principi caulis similes, erectae, longius pedunculatae, a tribus ad usque quinque pollices elongatae, graciles, floribus oblongis, sessilibus, quadrifariam stipate imbricatis, axique appressis, obsitae. Calyx singulorum diphyllus inferus sessilis, foliolis bilinearibus, lanceolatis, carinatis, compressis, scabris, e viridi cinerascentibus, margine albo membranaceo cinctis, conniventibus, interiore tantillo breviore. Germen in fundo calycis sessile, et duplo brevius, oblongum, nudum: ei corolla insidet extra calycem exserta, angustissima, tubuloso-infundibuliformis, flava, tubulo anguste cylindraceo, limbo quadrifido, lacinulis acute caudatis inflexis. Stamina quatuor tubulo corollae infixa, antheris simplicibus. Stylus filiformis bifidus, staminum longitudine. Stigmata obtusa. Capsulae duae connatae, germini similes, calyce breviores, singulae semine foetae singulo oblongo gracili, extus convexo, introrsum stria exarato.

18. PLANTAGO *maritima*.

Plantago foliis carnosis, linearibus, concavo-convexis, serius supra planis, integerrimis, basi lanatis; scapo terete, pubente; spica cylindracea, recta.

Plantago maritima foliis semicylindraceis integerrimis, basi lanatis, scapo tereti. *Linn.* Sp. pl. p. 165. N. 11. *Oeder.* Fl. Dan. Tab. 243. *Pollich.* Palat. I. p. 160. N. 162. *Lumniz.* Fl. Pos. p. 63. N. 155. *Roth.* Fl. Germ. II. P. I. p. 172. N. 4.

Plantago marina. *Lobel.* Observ. p. 163.

Coronopus maritima nostras. *Jo. Bauh.* hist. III. P. II. p. 511.

Plantago maritima major tenuifolia. *Zannichel.* hist. p. 213. Tab. 60.

In insula ad Aquas gradatas; minor in arenosis, major in paludosis uliginosis.

Radix perennis, crasse fusiformis, longe brachiata, multiceps, alba. Folia radicalia multa, plus minus spithamalia, in arenosis breviora, scapos subaequantia, unam duasve lineas lata, linearia, concavo-convexa, serius supra applanata, integerrima (rarius apicem versus rariter denticulata) crassiuscula, carnosa, viridia, glabra, scapos basi, seque mutuo semiobvolventia, intercepto copioso, niveoque gossypio, serius rufo-fuscescente. Scapi teretes, spithamales, et ultra, erecti, primum ex densa decumbente pube incani, dein e viridi obscure fusco-rubentes, et decalvati. Spica terminalis, cylindracea, recta, sessilibus imbricata floribus, sua singulis suffultis bractea, ovato-acuta, viridi, carinata, pubente. Calyx persistens, quadripartitus, viridis, pubescens, segmentis ovatis, erecto-patulis. Corolla tubuloso-quadrifida;

drifida; tubulo basi subgloboso; limbo quadripartito, segmentis ovato acutis, patentibus, atro-purpurascentibus, serius expallescentibus, obsolete albescentibus, subscariosis, semidiaphanis et reflexis. Stamina quatuor recta, corollis longiora. Antherae cordatae flavae. Germen globosum. Stylus rectus, pubescens. Stigma simplex. Capsula ovata, bilocularis, polysperma, medio horizontaliter dehiscens.

19. Plantago *Coronopus.*

Plantago foliis linearibus, planis, laxe pinnatis, dentatisve, scapoque terete, pubescentibus; spica graciliter cylindracea, recta.

Plantago Coronopus foliis linearibus dentatis, scapo tereti. *Linn.* Sp. pl. p. 166. N. 14. *Oeder.* Fl. Dan. Tab. 272. *Roth.* Fl. Germ. II. P. I. p. 174. N. 7.

Plantago foliis subhirsutis semipinnatis, pinnis raris lanceolatis. *Haller.* hist. I. p. 293. N. 658.

Herba stella seu Cornu cervinum. Dodon. Pempt. p. 109.

Coronopus, sive Cornu Cervinum. *Joh. Bauh.* hist. III. P. II. p. 509.

Coronopus hortensis. *Zannichel.* hist. p. 74. f. 207.

Copiosissime in Insula Cavorle; ubi nec subulata, nec maritima.

Ex perenni fusiformi radice, copiosa inter folia, scapi plures exoriuntur plus minus spithamales e reclini basi surrecti, graciles, teretes, virides, incana instrati pube, apice in oblongam, plus quam pollicarem, graciliter cylindraceam florum spicam terminati. Flores undique conferte imbricati, sessiles, bractea ovato-acuminata, calycem excedente suffulti. Calyx, corolla, reliquaeque fructificationis partes, ut in Plantagine subulata. Stamina longe eminentia; antheris flavis. Folia undique in orbem prostrata, anguste linearia, plus minus hirsuta, viridia, villulis obsita incanis, duos tresve pollices longa, lineam plus minus lata, per oras laxe rariterque pinnata, pinnis lineari-lanceolatis, planis; interdum et non nisi breviter rariterque dentatis. Odor nullus.

20. Plantago *psyllium.*

Plantago caule herbaceo, erecto, ramoso; foliis linearibus, margine subdenticulato-revolutis; capitulis subrotundis, aphyllis, inaequaliter pedunculatis.

Plantago Psyllium caule ramoso, herbaceo, foliis subdentatis recurvatis, capitulis aphyllis. *Linn.* Sp. pl. p. 167. N. 17. *Scopol.* Fl. Carn. II.

 P. I.

P. I. p. 109. N. 165. *Roth.* Fl. Germ. II. P. I. p. 175. N. 8. *Hoſt.* ſynopſ. p. 78. N. 8. *Villars.* Delph. II. p. 305. N. 8.

Plantago caulibus erectis herbaceis, foliis linearibus patulis, capitulis ovatis. *Haller.* hiſt. I. p. 294. N. 661.

Pſyllium. *Dodon.* Pempt. p. 115. *Lobel.* Obſ. p. 239. *Tabern.* hiſt. p. 424.

Pſyllium majus erectum. *Joh. Bauh.* hiſt. III. P. II. p. 513. *Zannich.* hiſt. p. 220. T. 77.

Pſyllium. *Matthiol.* Comment. in Dioſc. p. 473.

In arenoſis maritimis Littoralis; ſat frequens etiam in collibus circa Viennam.

Planta annua, ſpithamalis et ultra, radice pollet fuſiformi, fibris ſepta, ex qua caulis herbaceus, erectus, ex oppoſitione ramoſus, una cum ramis, teres, e viridi tandem rubeſcens, villis incanis hirſutulus. Folia per intervalla, in inferioribus oppoſita, in ſuperioribus, praeprimis ad pedunculorum exortum quaterna; omnia lineari-acuta, ſeſſilia, plana, unum duosve longa pollices, lineam aut ſesqui alteram lata, integerrima, aut et non nunquam laxe, breviſſimeque denticulata, oris marginalibus revolutis, rachi ſubtus exſtante decurſa, erecto-patula, utrinque viridia, canaque pube inſtrata. Terminantur caulis, ramique velut in umbellam cymoſam pedunculorum aliquot inaequalium capituliferorum, praetereaque ex ſummis foliorum oppoſitionibus pedunculi oppoſiti ſimplices, et ipſi capituliferi. Pedunculi foliis longiores, cano-villoſi. Capitula ovata, aphylla, bracteis binis, capitulo brevioribus ſuffulta. Flores ſuis in capitulis ſeſſiles, imbricati, propria inſtructi bractea ovato-acuta, e pube viridi-incana. Calyx quadripartitus, ſegmentis acutis, binis oppoſitis anguſtioribus, omnibus carinatis, hirſutulis. Corolla, reliquaeque floris partes, ut in congeneribus.

21. PLANTAGO *cynops.*

Plantago caule ſuffruteſcente, ramoſo, e decubitu aſſurgente; foliis anguſte linearibus, ſtrictis, integerrimis, margine revolutis; capitulis ovatis, aphyllis, longe pedunculatis.

Plantago Cynops caule ramoſo fruticoſo, foliis filiformibus integerrimis, ſtrictis, capitulis ſubfoliatis. *Linn.* Sp. pl. p. 167. N. 19. *Villars.* Delph. II. p. 305. N. 9. *Gerard.* Gallopr. p. 335. N. 13. *Allion.* Fl. Ped. I. p. 83. N. 305.

Plantago caule lignoſo proſtrato, foliis linearibus, erectis, capitulis ſubhirſutis. *Haller.* hiſt. I. p. 294. N. 662.

Pſyl-

Psyllium Plinianum forte. *Lobel.* Obserr. p. 239.

Psyllium majus supinum. *Jo. Bauh.* hist. III. P. II. p. 513.

Monfalconii ad littora maris, perquam copiosa.

Facies, structuraque tota Plantaginis Psyllii. Differt specifice: radice perennante, nec annua. Caulibus suffroticosis, in lignum basi durescentibus, nec herbaceis; iisdem decumbentibus, nec nisi e decubitu assurgentibus. Foliis multo angustioribus, vix dimidia linea latioribus, iisque fere longioribus, strictis, semper integerrimis. Pedunculis capitulorum elongatis. Bracteis capitulorum binis oppositis ex ovata basi mucronatis, capitulorum longitudine, aut et fere longioribus.

22. Elaeagnus *angustifolia.*

Elaeagnus foliis lanceolatis petiolatis integerrimis, subtus niveo-argentatis, floribus ternatis.

Elaeagnus angustifolia foliis lanceolatis. *Linn.* Sp. pl. p. 176. N. 1. *Gerard.* Gallopr. p. 451. N. 1. *Allion.* Fl. Pedem. II. p. 226. N. 2121. *Host.* synopf. p. 80. N. 1.

In Insula Osero ad maris littora.

Elegans, si quae arbuscula, vix oleae attingens altitudinem, fruticis instar ab imo ramosa, niveo tota argenti nitore conspicua. Ejus truncus, brachii circiter crassitudine, amissis per aetatem, quibus juvenis obsitus fuerat, squamulis albo-argentatis, brunnescit denique; Rami, ramorumque ramuli, parce non numquam horizontaliter spinulosi, una cum foliorum pagina infera, petiolisque; nec non et florum pedunculis, germine, calyceque extus, non tam villis, quam niveis verius squamulis furfuraceis nitentibus, dense omnino obsita sunt. Folia obtusiuscule lanceolata, duos longa pollices, nec nisi lineas lata quinque, brevi linearum aliquot insident petiolo tereti, plana, integerrima, nervo subtus exstante dorsali exarata, alboque-ut dixi, argentata, in superiore pagina incano-viridia sunt, ob parcius, magisque avara manu adspersas squamulas illas furfuraceas, a quibus partibus reliquis nitor ille argentatus. Flores communiter ad ramulorum bases aut ex foliorum infimorum axillis enatos inveni tres eodem e puncto, lateralibus binis tantillo brevioribus et a medio divergentibus. Germen illis inferum, ovale, albo-argentatum, brevi insistens pedicello, calyceque duplo majore, tubuloso-campanulato, quadrifido erecto-patente, extus squamulis niveo-argentatis obsito, intus flavo-aurantiaco, et laevi coronatum. Corolla nulla. Stamina quatuor brevissima, inserta segmentis limbi calycini ovato-acutis. Antherae obscure

 rubrae,

rubrae. Stylus et ſtigma ſimplicia, calyce breviora. Drupa calyce deciduo, ovalis, decalvata flaveſcens, nucleo foeta oblongo-ovali.

23. Camphorosma *monſpeliaca.*

Camphoroſma foliis anguſte lineari-lanceolatis hirſutis, ſupra planis, ſubtus rachi exſtante carinatis; floribus undique ſpicatis, axillaribus, bractea propria brevioribus.

Camphoroſma monſpeliaca foliis hirſutis linearibus. *Linn.* Sp. pl. p. 178. N. 1. *Allion.* Fl. Pedem. II. p. 110. N. 2062. *Villars.* Delph. II. p. 308. N. 1.

Camphorata foliis hirſutis linearibus. *Gerard.* Gallopr. p. 339. N. 1.

Camphorata Monſpelienſium. *Lobel.* Advers. p. 174. *Jo. Bauh.* hiſt. III. P. II. p. 379.

Perquam copioſe in arenoſis maritimis Inſulae Veglia in ſinu Flanatico.

Radix perennis fuſiformis, craſſa, fibris aucta, pluriceps, ſubligneſcens, caules profert plures ſubcubitales, e decubitu adſcendentes, baſi ligneſcentes, teretes, farctos, primum hirſutulos, ſerius in inferioribus decalvatos, partim ſimplices, partim breviter, et vage ramuloſos, virides, per aetatem et deſiccationem velut obſolete ochroleucos. Folia ab imo pene caule, ramisque usque ad eorundem apicem laxiuſcule alternatim ſparſa, quatuor longa lineas, vix dimidiam baſi lata, anguſte lineari-lanceolata, viridia, hirſuta, ſupra plana, ſubtus rachi exſtante carinata, erecto-patentia, rigeſcentia. E ſingulis foliorum horum axillis, non tam faſciculus, quam perbrevis verius foliolorum conſimilium exoritur ramulus per omnem caulium longitudinem, dempta duntaxat ſuperiore parte, in qua ramulorum foliaceorum loco ſpica florum enaſcitur perbrevis, compoſita ex bracteolis ovato-acutis foliaceis viridibus hirſutulis, ſtipate undique aggeſtis imbricatisque; ſua ſingulis in axilla florem foventibus ſeſſilem, duplo, quam bracteola ipſa breviorem. Ejus calyx minutulus, vixque lineam longus, viridis, hirſutulus, quatuor conſtat foliolis; binis interioribus, oppoſitis, ovatis, planis, rachi dorſali exſtante exaratis, apice albo-villoſis, ad ſe mutuo appreſſis; binis contra exterioribus, paullulum longioribus, et ipſis quoque oppoſitis; ſed contrario ad interiora ſitu, lanceolatis, carinatis, compreſſo-naviculaeibus, interiora utrinque amplexicaulibus, conniventibus. Corolla nulla. Stamina quatuor exigua, alba, calyce breviora; antheris luteis. Germen in fundo calycis ovatum. Stylus ſemibifidus ruber, calyce longior, exſertus; ſtigmatibus ſimplicibus. Capſula ovata: compreſſa calyce permanente tecta, monoſperma. Odor praeciſe recentis, nec deſiccatae plantae.

24. Ilex

24. **Ilex** *Aquifolium*.

Ilex foliis ovatis duris, perennantibus, nitentibus, margine finuato fpinofis; floribus parvis in foliorum axillis fafciculatim agglomeratis.

Ilex aquifolium foliis ovatis acutis fpinofis. *Linn.* Sp. pl. p. 181. N. 1. *Gerard.* Gallopr. p. 460. N. 1. *Villars.* Delph. II. p. 336. *Hoft.* Syn. p. 82. N. 1. *Allion.* Fl. Pedem. I. p. 123. N. 456. *Necker.* Del. I. p. 91. N. 1. *Oeder.* Fl. Dan. Tab. 508.

Aquifolium. *Haller.* hift. I. p. 297. N. 667. *Scopol.* Fl. Carn. II. P. I. p. 116. N. 177. *Tabern.* hift. p. 1382. *Lobel.* Obferv. p. 582. *Jo. Bauh.* hift. I. P. II. p. 114.

Agrifolium. *Dodon.* Pempt. p. 658.

Goritiae in fylva Panneviz olim 18. Martii 1761. in flore. Alias in fylvis Carnioliae Pofchgovizenfibus, qua ex Gottfche verfus Offivinz itur. Rurfus in fylvis Idrienfibus etc.

Frutex in arborem convalefcens, diffufe ramofus. Folia breviter, craffeque petiolata, late ovata, five et ovali-lanceolata, coriacea, laurina, durefcentia, perennantia, per oras finuato-dentata, dentibus in fpinam duram abeuntibus. alias (praeprimis in annofioribus arboribus) et integerrima, apice duntaxat fpina terminato, femper glabra, fupra faturate viridia et nitentia, fubtus aquofe virentia, pallida, nitore deftituta. Flores parvi, breviter pedicellati, confertiffime in foliorum axillis fafciculatim agglomerati, tamquam ex nido, fquamulis imbricato. Calyx exiguus, quadrifidus, perfiftens. Corolla rotata, quadripartita, patens, fegmentis orbiculatis, concavo-convexis, niveis. Filamenta ftaminum quatuor, brevia. Antherae parvae didymae. Germen rotundum. Stylus nullus. Stigmata quatuor, tuberculorum inftar, feffilia, in quadrum ordinata. Bacca fubglobofa, coccinea, laevis, nitens, quadrilocularis, tetrafperma: feminibus offeis, oblongis, leniter fubincurvis.

Obferv. Prae florum multitudine, non nulli, ftaminibus abortientibus, mafculi credantur.

25. **Potamogeton** *praelongus*.

Potamogeton foliis feffilibus, ex ovata femiamplexicaule bafi, latiufcule, et obtufe lanceolatis; fpicis laxiufcule florigeris, longiffime pedunculatis.

Potamogeton foliis tenuibus longiffime lanceolatis. *Haller.* hift. I. p. 376. N. 847. exclufis fynonymis Linnaei, et Jo. Bauhini ad Pot. lucentem pertinentibus.

Potamogeton ferratum. *Scopol.* Fl. Carn. II. P. I. p. 117. N. 178. demptis fynonymis.

Labaci Junio Julioque in fluvio cognomine, et in fluvio Jfchiza.

Radix perennis repens etc. in caules continuatur fluitantes, praelongos teretes, ramofos. Folia fuperiora oppofita, inferiora alterna, omnia feffilia, ex ovata femiamplexicaule bafi, latiufcule longeque lanceolata, obtufiufcula, integra, oris in aqua crifpulis, plana, viridia, femidiaphana nervis in ellipfes curvate confluentibus, tranfverfimque venulis (inter nervos interceptis) horizontalibus, nec obliquis, reticulatis. Stipulae longae compreffo-lanceolatae, albidae, diaphanae. Spicae cylindraceae, obtufae, pollicem aut femialterum longae, floribus laxiufcule obfitae, longiffime pedunculatae, pedunculo terete nudo, aquofe fubrubente, fere pedali. Florum ftructura ut in congeneribus.

Obferv. Potamogeton hic proximus Lucenti, ab eo manifefte differt: foliis non decurrentibus, fed feffilibus, minus teneris, nec adeo nitentibus, rachi numquam in mucronem procurrente, venulisque tranfverfis horizontalibus, nec oblique erecto-patulis. Dein pedunculis fpicarum praelongis, rectis; et fpicis non tam compacte, imo laxiufcule florigeris.

26. Potamogeton *marinus.*

Potamogeton foliis alternis, angufte linearibus, planis, praelongis, bafi ftipula petiolari, aeque lata, caulem vaginantibus; fpicis ferius interruptis, longeque pedunculatis.

Potamogeton marinum foliis linearibus alternis diftinctis inferne vaginantibus. *Linn.* Sp. pl. p. 184. N. 11. *Oeder.* Fl. Dan. Tab. 186. *Roth.* Fl. Germ. II. P. I. p. 207. N. 12. *Pollich.* Palat. I. p. 173. N. 176.

Potamogeton caule tereti, foliis linearibus planis, fpica multiflora, fenefcente longiffima et interrupta. *Haller.* hift. I. p. 377. N. 853.

Potamogeton ingens gramineo folio longiori. *Vaill.* bot. parif. Tab. 32. f. 5.

Klagenfurti in rivulo per Urbem decurrente beym Schulhaus; et Canali aquofo gegen den Abdecker.

Radix in limo repens et perennans. Caules graciles, fili craffitudine, teretes, praelongi, ramofiffimi, fluitantes. Rami foliaque alterna. Haec faturate viridia, angufte linearia, vix lineam lata, ad tres, quatuorve pollices elongata, plana, caule duplo latiora, unico decurfa nervo, inferne feu bafi, ftipula petiolari fubpollicari, aeque lata, breviffime bifida, caulem, ramisque arcte vaginantia. Stipulae praeterea aliae nullae. Spicae in caule, ramisque termi-

terminales, primum foliis breviores, et compactae, serius interruptim floriferae, et longius pedunculatae; pedunculo, quam caulis, vix crassiore. Flores quoad suas partes et structuram a congeneribus haud differunt.

27. POTAMOGETON *pectinatus*.

Potamogeton foliis alternis setaceis praelongis, basi stipula petiolari, triplo latiore caulem vaginantibus, spicis interrupte pauci-et grandifloris.

Potamogeton pectinatum foliis setaceis parallelis approximatis distichis. *Linn.* Sp. pl. p. 183. N. 8. *Smith.* Fl. Britt. I. p. 197. N. 9.

Potamogeton maritimum grandiusculis capitulis, capillaceo folio nostras. *Plukenet.* Alm. p. 305. Tab. 216. f. 5.

In lacunis fossisque maritimis Caorlensibus e regione Insulae cognominis.

Radix perennans congenerum. Plurimum similis Potamogetoni marino Linnaei, Vaillantiique, et Oederi, passimque cum eodem ab auctoribus confusus; specie tamen differt certissime. Folia huic capillaceo-setacea, ipso caule tenuiora, nullo percursa nervo, longa ad tres usque et ultra pollices, inferne, seu basi caulem ramosque vaginantia stipula petiolari membranacea, breviter apice bifida, triplo quam caulis, ipsaque folia latiore, et plus quam pollicari. Spicae in caule ramisque terminales, de pedunculo praetenui, foliis fere breviore, interruptim pauciflorae, floribus feminibusque grandiusculis. In reliquis proportionate cum marino Linnaei convenit.

Observ. Tres in unam conjungit species Hallerus; minus, si quid video, recte. Plukeneti planta folio et capillaceo; Vaillantii contra et Oederi lineari, plano, ac nervo decursa solitario. Bocconi autem Potamogeton ad pusillum Linnaei pertinet.

27. RUPPIA *maritima*.

Ruppia caulibus natantibus; antheris germinibusque in spica contiguis, calyce corollaque destitutis; fructibus pedicellatis subumbellatis.

Ruppia maritima. *Linn.* Sp. pl. p. 184. N. 1. *Gerard.* Gallopr. p. 123. N. 1. *Allion.* Fl. Pedem. II. p. 222. N. 2109. *Host.* Synops. p. 85. N. 1. *Roth.* Fl. Germ. II. P. I. p. 208.

Bucca ferrea maritima. *Michel.* N. pl. Gen. p. 72. Tab. 35.

Fucus ferrulaceus. *Lobel.* Observ. p. 653.

Gramen aquae innatans cum utriculis. *Jo. Bauh.* hist. III. P. II. p. 784.

In fossis maritimis ad Salinas alle Saule distantia horae a Tergesto versus Capo d'Istria.

Mirum

Mirum plantae genus: facie, non genere, Potamogetonis marini. Radix gracillima, repens, rependoque perennans, actis per intervalla fibris, quibus firmetur, caules libere per undas fluctuantes emittit, plus minus pedales, aut et fesquipedales, et ipfos graciles, fili tenuioris craffitudine, ex alternis foliorum axillis iterum, iterumque ramofos, abeuntes denique, fuperiora verfus, (perinde ac et rami) in floriferas ex foliorum oppofitione dichotomias. Folia illis funt plus quam pollicaria, graminea, anguftiffime lineari-acuta, viridia, obfequiofa, bafi in ftipulam petiolarem, oblongam, bifidam, canaliculatam, amplexicaulem, per oras albo-membranaceam, abeuntia. Flores fpicati ex fummis dichotomiis; fpica primum oblongo-ovali, feffili, oblongi inftar utriculi intra ftipulas petiolares foliorum oppofitorum involuta, inde ferius emergens, pedunculoque fubpollicari normaliter infiftens, flores (quos duos duntaxat apicem verfus habet) promit: hi mirae plane ftructurae, absque calyce, absque corolla, quin et absque ftaminum filamentis, folis quisque conftant quatuor antheris fubrotundis, femididymis, feffilibus, approximatis, longitudinaliter utrinque juxta fe pofitis, et germinibus pariter quatuor exiguis, ovatis, breviffime pedicellatis, ftigmate obtufo, absque ftylo coronatis. Functae fuo officio antherae, effoetae decidunt; germina contra producto ad pollicem usque pedicello, in totidem maturefcunt femina ovata, fubumbellatim, communi fpicae axi, ad horizontem parallele deflexo, normaliter infiftentia.

Obferv. Variat in eadem planta quandoque numerus Germinum, a tribus ad quinque.

29. Cerinthe *major.*

Cerinthe foliis ex cordata femiamplexicaule bafi oblongo-ovalibus; corollis tubulofo-campanulatis, ventricofis, patulis, quinquedentatis, dentibus revolutis.

Cerinthe major foliis amplexicaulibus, fructibus geminis, corollis obtufiufculis patulis. *Linn.* Sp. pl. p. 195. N. 1. *Allion.* Fl. Ped. I. p. 51. N. 176. *Hoft.* fynopf. p. 91. N. 1. *Tabern.* hift. p. 805.

Cerinthe foliis amplexicaulibus, floris denticulis breviffimis revolutis. *Haller.* hift. I. p. 267. N. 602.

Cerinthe quorundam major flore verficolore. *Cluf.* hift. p. CLXVII. *Lobel.* Obferv. p. 215. *Jo. Bauh.* hift. III. P. II. p. 603.

In Forojulio Comitatus Goritienfis.

Radix annua fufiformis obfita fibrillis, caulem unum (aut plures) profert fubcubitalem pennae anferinae craffitudine, rectum, farctum, teretem, fuperiora

riora versus in racemosos ramos abeuntem, e viridi glaucescentem, laevem. Folia per omnem caulem frequentia, alterna, ex cordata semiamplexicaule basi, oblongo-ovalia, integra, e viridi serius glauco-caerulescentia, interdum (non semper) albido-maculata, per oras ex rigidiuscula pube sive ciliis exiguis asperiuscula, pollicem circiter lata, duos longa. Flores per racemos terminales arcuatos ex bractearum axillis sessiles. Calyx pentaphyllus corollis duplo brevior, foliis ovato-lanceolatis inaequalibus, integris hispidulis, e viridi serius caerulescentibus, persistentibus. Corolla tubuloso-campanulata, e rubro-caerulea, limbi campanula, quam tubus, ventricosiore, patula, quinquedenticulata, denticulis ovato-acutis revolutis. Stamina quinque brevia tubo corollae haerentia, antheris oblongis, acutis, basi bisetis caerulescentibus, serrulatis, polline flavo. Germen didymum in fundo calycis. Stylus filiformis, corolla longior, stigma obtusum. Fructus nuculae duae contiguae ovatae, biloculares in basi calycis persistentis, loculis singulis monospermis, et consequenter seminibus quovis in calyce quaternis.

30. Echium *italicum*.

Echium caule, foliisque linearibus, et calyce hispidis; corollis graciliter tubuloso-campanulatis, subaequaliter quinquefidis, staminibus longissimis.

Echium italicum caule erecto piloso, spicis hirsutis, corollis subaequalibus staminibus longissimis. *Linn.* Sp. pl. p. 200. N. 3. *Allion.* Fl. Ped. I. p. 52. N. 182. *Host.* Syn. p. 93. N. 1.

Echium altissimum. *Jacqu.* Fl. Austr. V. in Append. p. 35. Tab. 16.

Echium foliis hirtis lingulatis, calycibus pungentibus, ex alis spiciferum. *Haller.* hist. I. p. 268. N. 604.

Echium albo flore majus. *Jo. Bauh.* hist. III. P. II. p. 588.

Circa Capo d'Istria, reliquoque in Littorali.

Bienne et istud, altero duntaxat anno e radice caulem educit simplicissimum tres et amplius altum pedes, digiti fere auricularis crassitudine, firmum teretem, copiosissime ex alternis, approximatisque foliorum axillis spiciferum, viridem equidem, tamen prae multitudine, et spissitudine alborum pilorum fere albentem; qui pili exiguo et ipsi insistentes tuberculo, cum duriusculi, et rigiduli sint, ipsum quoque tactui hispidum, asperumque reddunt caulem. Folia (demptis annotinis radicalibus sensim depereuntibus) sessilia, linearia verius, quam lanceolata, ad tres usque lineas lata, integerrima, iisdem, quibus caulis, spicae, calycesque, spississime utrinque, et margine obsita pilis albis, rigidulis. Spica communis terminalis, elongata, composita ex spicis

 flora-

floralibus alternis, axillaribus, utrinque extrorſum patulis, curvulis, hiſpido hirtis. Flores in bracteae linearis hirtae axilla feſſiles, heteromalli, imbricati. Calyx perſiſtens ab eo Echii vulgaris nil differt. Corolla ſemper alba, reſpective multo minor, graciliorque, quam in Echio vulgari, tubuloſo-campanulata, tubulo gracili, calycem aequante, quam limbus, longiore; limbo ſubaequaliter quinquefido, ſegmentis ovatis. Stamina quinque duplo corolla longiora, inaequalia, declinata, alba. Antherae luteae. Reliqua ut in Echio vulgari cum proportione.

31. Cynoglossum *ſcorpioides*.

Cynogloſſum caule flaccido, decumbente, inferne elongate ramoſo; foliis inferioribus oppoſitis obovatis; ſummis alternis lanceolatis; pedunculis axillaribus, ſolitariis, monofloris.

Cynogloſſum ſcorpioides caule proſtrato, foliis lanceolatis ſcabris; pedunculis axillaribus unifloris; ſeminibus umbilicatis glabris. *Haenke* in Coll. Jacqu. Vol. II. p. 3. *Roth.* Fl. Germ. II. P. II. p. 570.

Copioſiſſime prope Arcem Pöckſtein Epiſcopi Gurcenſis vulgo zwiſchen Wäſſern ad latera nemoroſa umbroſa humida fluvioli alpeſtris in fluvium Gurk ſeſe infundentis.

Radix annua, exilis, fibrillis ſepta; caulem profert usque cubitalem, inferne rariter et elongate ramoſum, infirmum, flaccidum, decumbentem, e tereti anguloſum, compreſſum, viridem, ſerius obſcure rubeſcentem, pube tenera, ſcabriuſcula, ſubinde cadiva, adſperſum, ut laevigatum credas. Folia reſpective pauca, longis ab invicem ſejuncta intervallis, inferiora oppoſita, oblongo-obovata, in petiolum decurrentia; ſuperiora alterna, lanceolata, ſeſſilia; omnia tenera, integra, viridia, pube decumbente tenerrima, microſcopica, tactui ſcabriuſcula rariter adſperſa, ut ſerius etiam ſaepe decedat, margine duntaxat, et rachi obſervanda. Flores axillares, ſolitarii, ut folia, ab invicem remoti, inſiſtentes praetenui ſcabriuſculo, longoque (foliis tamen breviori) pedunculo, in fructu ſubnutantes. Calyx perſiſtens, quinquepartitus, viridis, ſcabre pubeſcens, ſegmentis lanceolatis, corollae tubo aequalis, in fructu triplo, quadruplove major. Corolla ut ovum ovo ſimillima Myoſotidi ſcorpioidi in paluſtribus creſcenti, hypocrateriformis verius, quam infundibuliformis; tubulo brevi albo cylindraceo, calycis longitudine; limbo quinquepartito, plano, patente; ſegmentis rotundatis, caeleſtino-caeruleis; fauce ſemiclauſa, tuberculis quinque flavis. Stamina quinque exigua, tubo corollae infixa; antherae flavae. Germina quatuor in fundo calycis. Stylus filiformis ſtaminum longitudine. Stigma obtuſe emarginatum. Semina quatuor nuda glabra

glabra umbilicata, latere interno communi ſtylo haerentia, nec arillo echinato obducta. Odor nullus.

Obſerv. Communicat itaque planta haec aequaliter cum Cynogloſſo, et Myoſotide.

32. Convolvulus *Soldanella*.

Convolvulus foliis alternis ſubcoriaceis reniformibus, petiolatis; pedunculis axillaribus monofloris petiolo longioribus.

Convolvulus Soldanella foliis reniformibus, pedunculis unifloris. *Linn.* Sp. pl. p. 226. N. 39. *Scopol.* Fl. Carn. II. P. I. p. 142. N. 222. *Gerard.* Gallopr. p. 318. N. 6. *Roth.* Fl. Germ. II. P. II. p. 572. *Hoſt.* Syn. p. 104. N. 4.

Soldanella. *Dodon.* Pempt. p. 395. *Lobel.* Obſ. p. 329.

Braſſica marina, ſive ſoldanella. *Joh. Bauh.* hiſt. II. p. 166.

Convulvulus maritimus noſtras rotundifolius. *Zannichel.* hiſt. p. 71. Tab. 6.

In arenoſis maritimis Monfalcon. Duini, Tergeſti, Inſulae Cherſo et Oſero, etiam in Iſtria.

Radix perennans, graciliter fuſiformis, lenta, fibrillis ſepta, vage arenam intra diſcurrens. Caules decumbentes, teretes, lenti, e viridi obſcure rubentes, glabri, ramoſi. Folia alterna ſubcoriacea, craſſula, reniformia, glabra, viridia, ſubtus nervoſa, longiuſcule petiolata; petiolo e viridi obſcure rubro. Pedunculi ſolitarii monoflori axillares teretes, et ipſi rubeſcentes, erecto-patuli, petiolis longiores, glabri. Calyx monophyllus quinquepartitus, triplo corolla minor, ſubcoriaceus viridis glaber; ſegmentis oblongo-ovatis obtuſis conniventibus perſiſtens. Corolla magna campanulato-tubaeformis, quinquefida, dilute purpuraſcens, quinqueplicata, ſegmentis limbi ovato-acutiuſculis. Stamina quinque alba faucis longitudine. Antherae flavae. Stylus ſtaminum longitudine; ſtigmata duo, cis apicem lateſcentia divaricata. Capſula ſubrotunda intra calycem perſiſtentem unilocularis, trivalvis, triſperma, ſeminibus ſubrotundis nigris. Odor nullus.

33. Hyoscyamus *albus*.

Hyoſcyamus foliis petiolatis, imis orbiculatis integris, reliquis ex cordata baſi ovatis, ſinuato-dentatis; floribus axillaribus, ſeſſili-pedunculatisve.

Hyoſcyamus albus, foliis petiolatis ſinuatis obtuſis, floribus ſubſeſſilibus. *Linn.* Sp. pl. p. 257. N. 3. *Gerard.* Gallopr. p. 315. N. 2. *Allion.* Fl. Ped. I. p. 104. N. 376.

Hyoscyamus albus vulgaris. *Clus.* hist. p. LXXXIV. *Lobel.* Obs. p. 139. et Adv. p. 107. *Jo. Bauh.* hist. III. p. 627. et melius p. 628.

Hyoscyamus secundus. *Tabern.* hist. p. 696.

Vulgaris in Insula Cherso sinus Flanatici.

Annuus. Radix alba, fusiformis, simplex, aut brachiata, fibrillis copiosis septacaulis cubitalis, aut et bipedalis, erectus, digiti fere auricularis crassitudine, farctus, simplex, aut ramosus, aquose virens, teres, una cum petiolis, pedunculis, foliis, calycibusque unctuosus tactui, villisque mollibus, et incanis exstantibus, hirsutus. Folia omnia petiolata; ima duo primordialia orbiculata, integraque, et opposita, reliquis minora; reliqua alternatim sparsa, majora, latioraque, ex excisa seu cordata basi, ovata, angulose dentata, sinuata, dentibus obtuse ovatis, supra saturate viridia, subtus pallidiora. Floralia gradatim minora, brevioraque; summis ovato-lanceolatis, obtusis integris. Petioli semiteretes, caulem, ramosque (dum adsunt) simplex florum terminat racemus, (spicam si vis dicas) floribus solitariis, axillaribus, erectis; inferioribus breviter pedunculatis, summis sessilibus. Calyx monophyllus, oblongus, tubuloso-campaniformis, quinquefidus, viridis, striis elevatis decem exaratus, segmentis ovato-acutiusculis, corolla duplo brevior, unctuosus hirsutus, persistens. Corolla duplo calyce major, laxe intra eundem inferiore sui parte nidulans, monopetala, tubuloso-infundibuliformis, tubulo brevi, limbo campaniformi, inaequaliter semiquinquefido, erecto-patulo, segmentis integris rotundatis, tribus superioribus subaequalibus, majoribus, binis infimis duplo minoribus brevioribusque. Color corollae aquose flavus, exalbescit aetate; faux interne atro-purpurea ex congerie punctorum hujusce coloris. Germen rotundum viride villosulum. Stylus filiformis staminum longitudine atro-purpureus; stigma umbilicato-capitatum album. Stamina quinque tubulo corollae haerentia, longitudine faucis, alba, versus segmenta corollae breviora declinata. Antherae polline albo. Capsula in calycis persistentis fundo sessilis, duplo eodem brevior, ovata bilocularis, loculis dissepimento interstinctis, polyspermis; dehiscitque horizontaliter, delapso operculo hemisphaerico-convexo, mucronulato. Semina parva, aquose brunescentia.

34. Rhamnus *paliurus*.

Rhamnus aculeis stipularibus geminatis, recto, recurvoque; racemulis axillaribus corymbosis; floribus trigynis; foliis ovatis crenulatis glabris, petiolatis.

Rhamnus paliurus aculeis geminatis, inferiore recurvo, floribus trigynis. *Linn.* Sp. pl. p. 281. N. 12. *Scopol.* Fl. Carn. II. P. I. p. 164. N. 264. *Gerard.*

Gerard. Gallopr. p. 463. N. 6. *Allion.* Fl. Ped. II. p. 130. N. 1764. *Villars.* Delph. II. p. 539. N. 9. *Host.* Synopf. p. 120. N. 6.

Paliurus. *Dodon.* Pempt. p. 756.

Rhamnus five Paliurus folio jujubino. *Jo. Bauh.* hift. I. P. II. p. 35.

Goritiae, Farae, Medeae, San Daniele etc. perque omne Forum Julium undique in fepibus, tum in Littorali Monfalconii Aquilejae. In Carfcho, Vipaci, et qua ex Adelsberg verfus Sagurie et Flumen itur.

Frutex tres quatuorve et quinque interdum pedes altus, divaricato-ramofiffimus, erectus, ramis, ramulisque teretibus, obfcure rubentibus, fufcisque, et glabris. Folia alterna, ovata, glabra, per oras laxe, et obiter crenulata, breviter petiolata. Stipularum loco non petiolis folum, fed et ramis quoque utrinque aculeus haeret fpinofus, durus, vulnerans, rectus alter paulloque longior, alter, isque fere inferior brevior et recurvus. Racemuli florum axillares, corymbofi, folio breviores, erecto-patuli. Flores finguli parvi, breviter pedicellati. Calyx pelviformi-quinquefidus flavus, fegmentis ovatis, patentibus. Squamulae quinque breves corollae loco, et ipfae flavae, filamentis ftaminum obvolutae, calyce breviores. Stamina quinque flava, flavo antherifera, primum erecta, tandem reflexa. Germen rotundum; ftylus tripartitus flavus, figmatibus reflexis. Bacca globofa trilocularis, trifperma, margine coriaceo, ficco plano orbiculari ampliffimo cincta et alata.

35. Rhamnus *Zizyphus.*

Rhamnus aculeis ftipularibus geminatis, recto, recurvoque; glomerulis florum axillaribus fubfeffilibus, floribus digynis, foliis ovalibus ferratis petiolatis.

Rhamnus Zizyphus aculeis geminatis altero recurvo, floribus digynis, foliis ovato-oblongis. *Linn.* Syft. Nat. II. p. 180. N. 18. et Mant. II. p. 342. *Scopol.* Fl. Carn. II. P. I. p. 165. N. 265. *Gouan.* Fl. Monfp. p. 400. N. 2. *Allion.* Fl. Pedem. I. p. 131. N. 1766. *Host.* Syn. p. 120. N. 7.

Zizyphus. *Dodon.* Pempt. p. 807. *Jo. Bauh.* hift. I. P. II. p. 40.

Zizyphus Rutila. *Cuf.* hift. p. 28.

Monfalconii prope Balnea. Tergefti in Vineis. In Iftria frequentior. Legi olim in comitatu Goritienfi, nec loci amplius memini. Haidoviae in horto Redefchini, aperto fub Jove etc.

Arbufcula verius fex octove pedum, quam merus frutex, caudice eft refpective gracili pedum aliquot, recto, pollices usque duos craffo; cortice fufco-

 grife-

grifefcente inaequali obducto, abitque copiofos in ramos furrectos, et ipfos rurfum ramulofos, obfcure rubefcentes, teretes, laeves, obfequiofos. Folia alterna, breviter petiolata, ovalia, five et oblongo-ovata, obtufiufcula, per oras ferrulata, firma, fupra viridia nitentia, fubtus aquofiora, pallida, trinervia, nervis utrinque confluentibus; utrinque glabra. Stipularum loco accubant petiolis aculei bini, rectus alter tantillo longior; brevior alter, recurvusque. Flores exigui, flavi, breviffime pedicellati, in foliorum axillis ad tres quatuorve, aut quinque agglomerati, ut glomerulos alares fubfeffiles dicas. Calyx, fquamulae, ftamina, ut in Paliuro, ftylus bipartitus, ftigmatibus atrorubefcentibus. Bacca oblongo-ovalis obfcure rubefcens, nutans, continens intra pulpam albidam fubdulcem nucleum offeum bilocularem difpermum.

36. Glaux *maritima.*

Glaux foliis oppofitis, feffilibus, angufte ovalibus; floribus axillaribus.

Glaux maritima. *Linn.* Sp. pl. p. 301. N. 1. *Oeder.* Fl. Dan. Tab. 548. *Pollich.* Palat. I. p. 237. N. 238. *Roth.* Fl. Germ. II. P. I. p. 280. N. 1. *Hoft.* Synopf. p. 124. N. 1. *Gorter.* Fl. Belg. p. 65. N. 197. *Gunner.* Fl. Norv. I. p. 35. N. 62. *Allion.* Fl. Pedem. II. p. 211. N. 2064. *Hudfon.* Fl. Angl. I. p. 101. N. 1.

Glaux exigua maritima. *Joh. Bauh.* hift. III. p. 373.

Glaucoides maritima, five potius Thuringica. *Rupp.* Fl. Jen. p. 20. ex fide Halleri.

In arenofis maritimis Littoralis Auftriaci. Tergefti ad Salinas Saulenfes.

Radix perennans copiofe fibrofa, caefpitulum caulium fimplicium, aut et parce ramulöforum, trium quatuorque, aut et quinque pollicum effundit, partim decumbentium iterato demiffis fibrillis radicatorum, e decubitu affurgentium, partim etiam erectorum, faturate viridium, glabrorum, teretium, breviter, fed copiofe articulatorum; foliis ad fingula genicula obfitorum. Sunt vero folia oppofita, feffilia, carnofula, duas tresve lineas longa, unam lata, angufte ovalia, viridia, glabra, integra. Flores parvi, in foliorum axillis feffiles, folitarii, ipfis foliis breviores, calyce deftituti; corolla monopetala, campanulato-plus quam femiquinquefida, erecta, lacinulis ovatis, patentibus, alba, rubedine incarnata tincta. Stamina quinque, corollam aequantia: antherae flavae. Germen ovatum, ftylo terminatum, ftaminibus fubaequali; ftigmate capitato. Capfula fubglobofa unilocularis, quinquevalvis, feminibus receptaculo foveolato immerfis quinque foeta.

37. Apo-

37. Apocynum *Venetum.*

Apocynum caule herbaceo erecto, foliis oppositis subsessilibus ovali-lanceolatis; corymbulis florum terminalibus.

Apocynum Venetum caule erectiusculo herbaceo, foliis ovato-lanceolatis. *Linn.* Sp. pl. p. 311. N. 3.

Esula rara e Lio, Venetorum insula; floribus purpurascentibus. *Lobel.* Obs. p. 201. Adv. p. 160.

Alypum quibusdam, sive Esula rara flore purpurascente. *Jo. Bauh.* hist. III. p. 676.

Apocynum maritimum Venetum Salicis folio, flore purpureo. *Zannichel.* hist. p. 19. Tab. 76.

In maritimis prope Monfalcone inter Duinum et Aquilejam.

Planta perennans duorum plus minus pedum altitudine, e radice serpente caulem effert herbaceum, teretem sesquilineae crassitudine, glabrum, subtiliter striatum, e viridi serius rufescentem, meris ex oppositionibus ramosum, una cum foliis ex laesione lactescentem. Folia in caule, ramisque opposita partim sessilia, partim brevissime petiolata, ovali-lanceolata, cum exilissima in apice cuspidula, integra, microscopice tamen per oras denticulata, utrinque glabra, et viridia, subtus praeter exstantem dorsi rachim, venulis quoque lateralibus obliquis notata; unum semi alterumve pollicem longa: quatuor medio ventre lineas lata. Caulem, ramosque florum terminant corymbuli compositi. Flores singuli parvi, breviter pedicellati, bracteola exigua acuta suffulti; pedicello rufescente albidis instrato villulis. Calyx inferus monophyllus, duplo corollis brevior, quinquepartitus, viridis, villosulus, segmentis ovato-acutiusculis. Corolla intus extusque rubra, et albida instrata pube, campanulato-semiquinquefida, erecto-patens, segmentis limbi ovatis. Tubercula quinque nectarifera, cum staminibus itidem quinque brevissimis alternantia, intra corollam pistillum ambientia. Antherae oblongae, ex bifida seu cordata basi, lanceolatae, biloculares, erectae, in conum conniventes, saturate flavae, apice ipso albidae. Germina duo contigua ovata, in totidem stylos, fere mutuo appressos, abeuntia, antherarum altitudine stigma subrotundum pappiloso-muriculatum, apice breviter bifidum. Capsulae duae folliculares, oblongae, ovato-acutae uniloculares, univalves, polyspermae: semina parva pappo longiusculo sericeo instructa.

38. Gentiana *frigida.*

Gentiana corollis usque ternis terminalibus campanulatis quinquefidis; calycibus quinquangulo turbinatis quinquedentatis; foliis oppositis lanceolatis, carnosis, connato-subvaginantibus.

Gen-

Gentiana frigida corollis quinquefidis campanulatis terminalibus sessilibus, foliis obtusis, radicalibus linearibus oblongis, caulinis lanceolatis, caule subbifloro. *Haenke* in Jacqu. Coll. II. p. 13. N. 6.

Gentiana frigida corollis quinquefidis campanulatis terminalibus sessilibus, subbinis, foliis linearibus oblongis. *Frölich.* Gent. p. 39. N. 13. figura unica.

In praeruptis alpium praecipitiis des Seckauer Gemsengebirgs, ubi 26. Julii ad viva exemplaria pingendam curavi.

Radix perennis, gracilis, teres, articulata, oblique demersa, annotinis foliorum exuviis emarcidis imbricatim obvoluta, longas, quaquaversum discurrentes demittens fibras flavescentes, gustui peramaras. Caules simplicissimi, caespitose, persaepe aggregati, implicatis mutuo radicum suarum fibris, unum, duos, ad usque tres, quatuorve longi pollices, e reclini basi surrecti, firmuli, ob decurrentem foliorum rachim teretiuscule alternatim subancipites, tribus quatuorve interstincti geniculis, laeves, virides, et e viridi obscure subcaerulescentes. Folia radicalia, fasciculorumque pure foliosorum anguste, obtuseque linearia; caulina non nisi ex alternis geniculis opposita, sessilia, connato-subvaginantia, radicalibus tantillo latiora, obtuse lanceolata; utraque in recente planta, carnosa, integerrima, saturate viridia, laevigata, plano-convexa, unico subtus, obtusoque decursa nervo. Flores in caulis apice intra duas foliorum approximatas conjugationes sessiles, subsessilesve: communiter duo, interdum tres, unicus quandoque, oblongi, erecti, ore hiantes. Calyx persistens, inferus, oblongus, duplo corollis brevior, carnosulus, subcoriaceus, quinquangulo-turbinatus verius, quam cylindraceus, limbo in quinque dentes triangulo-lanceolatos assurgente, glaber, viridis, et e viridi obscure caerulescens. Corolla oblonga, pollicaris, erecta, obverse conico-cylindracea, hians, limbo breviter quinquefida; segmentis aequilatero-triangulis, intercipientibus lacinulas totidem duplo breviores, et ipsas aequilatero-triangulas. Estque tota subtiliter papyracea alba transparens, punctulis medio ventre vage stigmatizata caeruleis, lineisque praeterea concoloribus per singulas plicas tribus, in maculam isoscelico-triangularem caeruleam versus limbum confluentibus, exarata. Stamina quinque lineari-subulata, aquose caerulea, interno corollae parieti haerentia, eaque breviora. Antherae dilute flavae. Germen oblongo-ovale, breviter pedunculatum, apice attenuatum, viride glabrum, immaculatum, in duo revoluta stigmata fissum. Capsula germini analoga, unilocularis, bivalvis, polysperma etc. Odoris expers.

Observ. Gentianam algidam Pallasii, quam hujus Frölichius varietatem, Hostius cum eadem unam eamdemque speciem esse vult, nec vivam, nec siccam, nec denique figura expressam vidi, ut quid sentiam ipse, dicere valeam.

39. Bu-

39. Bupleurum *pyrenaeum*.

Bupleurum involucris inaequaliter triphyllis, involucellis pentaphyllis; foliis late-lanceolatis, inferioribus in petiolum decurrentibus, superioribus sessilibus, ex cordata semiamplexicaule basi.

Bupleurum pyrenaeum involucellis obverse ovatis emarginatis inaequalibus, universali triphyllo aurito connate, foliis lanceolatis. *Gouan.* Observ. p. 8. N. 1. Tab. 4. Fig. 1. et 2.

Bupleurum foliis ovato-lanceolatis amplexicaulibus aristatis. *Hall.* hist. I. p. 343. N. 769.

In rupibus alpium superioris Carnioliae.

Variat non parum, ut congeneres Bupleuri species, et istud. Certe nec Allionius illud, perinde ac Hallerus, neque ego in omnibus tale, ac uterque eorum, inveni; specifici tamen characteres semper iidem. Radix perennis, fusiformis, simplex, aut divisa, arcte rupium intra fissuras demergitur, caulem alias simplicem, plures alias, proferens, cubitales mei sunt ex alis ramosi; semipedales Hallerus invenit, Allionius etiam pygmaeorum meminit. Est ille semper penna anserina duplo gracilior, teres, striatus, fistulosus, rigidulus, erectus, dilute viridis, glaber. Folia radicalia complura, caulina, alterna: utraque latiuscule lanceolata, ad quatuor, quinqueve pollices elongata, unum fere lata, integerrima, cum brevi in apice cuspidula, quam vix aristam compellas, supra flavido-viridia, subtus pallida et cum tempore fere glaucescentia; praeter nervum dorsi principem, venulis longitudinalibus pluribus tenerrimis exarata; Radicalia, caulisque infima in petiolum decurrentia; reliqua caulis (sursum versus gradatim breviora) sessilia, et ex cordata, semiamplexicaule basi, lanceolata. Umbella terminalis, (idem de lateralibus axillaribus, dum adsunt, intellige) semper triphylla, et communiter sexradiata, radiis foliola excedentibus, quandoque non nisi quinis, alias et septenis, aequalibus, aut et inaequalibus. Foliola illa involucri, vel in eadem planta, dum ramos habuit, diversa inveni, erant alias latiuscule obtuse ovata, saepius ovato-lanceolata, rarius unum alterumve cordato-lanceolatum; semper integra, et inaequalis magnitudinis, longitudinisque, numquam connata, numquam et aurita. Umbellulae semper pentaphyllae, multiradiatae, foliolis ovato-lanceolatis, integris, radios seu flores subaequantibus, aequalibus, nec emarginatis, nec connatis. Flores pedicellati, de more flavi, calyce, staminibus, stylisque ut in congeneribus, germinibus inferis, fructus dantibus oblongo-ovatos, atro-subrubentes, nudos, costis seu striis tribus elevatis exaratos, calyculo flavido, diu persistente coronatos, bipartibiles, duo in semina.

Observ. Verum hoc Gouani Bupleurum Allionius ad Linnaei Bupl. ranunculoides citat! Vereor, ut rectum habeat. Linnaei enim planta anguste

graminifolia eſt. Villarſius eandem hanc Halleri plantam ad Bupleurum ſuum Vapinicenſe (etſi non niſi interrogando) referre videtur; ſed nec hoc placet.

40. Bupleurum *longifolium.*

Bupleurum involucellis pentaphyllis florum longitudine; univerſali ſubpentaphyllo; foliis imis ovalibus, elongato petiolatis; caulinis ſeſſilibus, ex cordata, libere amplexicaule baſi ovatis.

Bupleurum longifolium involucellis pentaphyllis ovatis; univerſali ſubpentaphyllo, foliis amplexicaulibus. *Linn.* Sp. pl. p. 341. N. 5. *Villars.* Delph. II. p. 573. N. 2. *Roth.* Fl. Germ. II. P. I. p. 330. N. 2. *Allion.* Fl. Pedem. II. p. 23. N. 1350.

Bupleurum foliis imis petiolatis ovatis; ſuperioribus amplexicaulibus ovato-lanceolatis. *Haller.* hiſt. I. p. 342. N. 768.

Perfoliata alpina magna longifolia. *Joh. Bauh.* hiſt. III. P. II. p. 198.

In montanis.

Radix teres perennans horizontalis copioſas recta demittens fibras. Caulis ſimplex ſubcubitalis, ſimplice quandoque ramo ex axilla folii ſummi; teres, gracilis, firmiuſculus rectus, glaber, viridis. Folia caulina ſeſſilia, alterna, ex cordata, libere amplexicaule baſi, latiuſcule ovata, obtuſe acuta, integerrima, glabra; Radicalia ovalia in longum petiolum decurrentia, caeterum caulinis ſimilia. Umbella univerſalis radiis a quinque ad ſeptem, octove, longius ſubaequalibus, erecto patulis; involucro ſuffultis tri-quadri-aut pentaphyllo, foliolis rotundatis, cum brevi acumine, multo, quam radii brevioribus. Umbellulae multiflorae, involucellis pentaphyllis, foliolis flores aequantibus, rotundato-ovatis. Germina breviſſime pedicellata, infera, calyculo exiguo quinquedenticulato coronata. Corolla flava, ut in caeteris Bupleuri ſpeciebus; ſimilia et ſtamina antheraeque etc. ſemina oblonga ſtriata, glabra. Proximum Bupleuro rotundifolio; ut facie idem credas.

41. Caucalis *nodoſa.*

Caucalis umbellis axillaribus ſeſſilibus, folio oppoſitis; ſeminibus aculeato-echinatis; foliis bipinnatis hirſutis; caule gracili ſcabro, diffuſe ramoſo.

Tordylium nodoſum umbellis ſimplicibus ſeſſilibus, ſeminibus exterioribus hiſpidis. *Linn.* Sp. pl. p. 346. N. 7. *Jacqu.* Fl. Auſtr. V. in App. p. 40. Tab. 24.

Cau-

Caucalis nodosa umbellis ad nodos caulis sessilibus, radiis inaequalibus. *Scopol.* Fl. Carn. 2. Tom. I. p. 192. N. 313. *Roth.* Fl. Germ. II. P. I. p. 309. *Villars.* Delph. II. p. 653. N. 2.

Caucalis nodiflora. *Allion.* Fl. Pedem. II. p. 32. N. 1387.

Caucalis nodoso echinato semine. *Jo. Bauh.* hist. III. p. 83.

Vulgaris Goritiae, Tergesti, Duini, Aquilejae, et in Insula Cavarlensi. Majo, Junio.

Plantae annuae radix gracilis, alba filiformi-subfusiformis, radiculis septa. Caulis ab una ad duas, tresve spithamas adscendens, communiter simplex, ab ipsa jam saepe basi in ramos diffusus, debilis, e reclini surrectus, gracilis, teres, primum villis albis rigidiusculis, sursum versus appressis hispidus, serius calvescens, rigidus, tactuique scaber. Rami cauli cum proportione similes. Folia radicalia, et caulina inferiora, demptis summis subsessilibus, e longiusculo communi axe supra canaliculato, subtus striato villisque albis hispidis obsito, et basi in vaginam petiolarem, oblongam, strictam, amplexicaulem, hispidam, albo marginatam decurrente, bipinnata, acute triangulo-frondosa, obscure viridia, villis hispidis albis decumbentibus supra subtusque obsita; pinnis lanceolatis, pinnatifido-incisis, lacinulis lineari-lanceolatis. Umbellae parvae, subglobosae, diametri duarum linearum, sessiles (communiter) in axillis vaginarum petiolarium, directioni foliorum oppositae, universali cum partialibus fere confluentibus; florum vix ultra octo, decemve, foliolis involucrorum aliquot exiguis, angustis lanceolatis, hispidis fultorum. Germen ovatum aquose virens, inferne, muricatulum, superiora versus lateribusque setulis concoloribus rigidis echinatum, calyculo quinquedenticulato coronatum; styli exigui, stigmatibus simplicibus. Corollae exiguae, albae, pentapetalae, petalis lanceolatis, et ob sursum inflexo-revolutum apicis acumen, non nisi subobcordatis; stamina cum antheris alba. Fructus ovatus, bipartibilis, obscure viridis. Semina duo ovata, plano-convexa, dorso inferne muricata, superne, lateribusque aculeato-echinata, aculeis rigidis, exstantibus, rectis, apice duntaxat subuncinatis.

42. Caucalis *helvetica*.

Caucalis involucro universali monophyllo, partialibus pentaphyllis germinum longitudine; foliis bipinnatis, pinnis lanceolatis, elongatis pinnatifido-incisis.

Caucalis foliis duplicato-pinnatis, pinnulis longe confluentibus. *Haller.* hist. I. p. 325. N. 742. *Jacqu.* Hort. Vind. III. p. 12. Tab. 16.

Tergesti copiose retro Lazareto Sporco in dumetis declivibus: floret Julio.

 Planta

Planta biennis, intra dumeta minime procumbens, fed ad duas tresque fpithamas affurgens, ramis late divaricatis diffufa, vel facie diverfiffima a Caucalide Anthrifco. Radix longiufcula, filiformi-fufiformis, radiculis fibrofis fparfis fepta, alba. Caulis fcriptorii craffitudine calami, teres, farctus, fubtiliter ftriatus, villis hifpidis furfum verfus decumbentibus obfitus, ferius decalvatus, femper nihilominus rigidus et tactui fcaber, in ramos axillares late divaricatos diffufus. Folia radicalia, caulinaque bipinnata, fummis ternatis, foliolis anguste, fed longiufcule lanceolatis, argute pinnatifido-incifis, extima five impare elongata, utrinque villis hifpidis, albis, furfum verfus proftratis, obfitis, unde eisdem fcabrities, et per deficcationem cinereus color, cum caeteroquin virides fint. Axis pinnarum communis gracilis, fulco fuperne excifus, rigidus, hifpidus, bafi in vaginam petiolarem oblongam anguftam, membranaceam, arcte caulem ftringente, ftriatam, et hifpidulam confluit. Umbellae haud magnae, terminales in caule, ramisque, erecto-patentes, planae, ferius contractae, radiis conftant pollicaribus a tribus ad octo, rigidis, fcabris, ftriatis, demum cinerafcentibus, fuffultis communiter involucro diphyllo, foliolo altero exiguo aciculari, citiffime cadivo; altero tres quatuorve lineas longo, angufto, lineari-lanceolato, fcabro, albo marginato, erecto, tarde deciduo. Umbellulae parvae, pauciflorae (5-7. fl.), quibus radii breves, lineam longi, demum contracti, germinum longitudine. Involucella regulariter pentaphylla, quandoque nonnifi triphylla, foliolis anguftiffimis, lineari-acuminatis, fupra concavis, inferne hifpidis radiorum, fimulque germinum longitudine, perfiftentibus. Germen inferum ovatum, hifpidum, calyculo quinquedenticulato exiguo coronatum, ftylis duobus exiguis, ftigmatibus fimplicibus. Corollae pentapetalae niveae, parvae; petalis inaequaliter obcordatis, cum exiguo furfum reflexo emarginaturae acumine, tribus exterioribus paulo majoribus, auriculis rotundatis. Stamina alba; antherae aquofe flavefcentes. Fructus ovatus, bipartibilis. Semina plano-convexa ovata, dorfo hirta villis rigidiufculis hifpidis, laxe furfum verfus imbricatis et arcuatis five hamofis e viridi cinerafcentibus, tandem nigricantibus. Sic planta fe habet fpontanea.

43. Caucalis *latifolia*.

Caucalis umbellis fubquinquefido-fubpentaphyllis; partialibus quinquefido-pentaphyllis; foliis pinnatis, pinnis late lanceolatis, ferratis, per axem decurrentibus.

Tordylium latifolium umbellis confertis, nudiufculis, foliis pinnatis, foliolis lanceolatis incifo-ferratis. *Linn.* Sp. pl. p. 345. N. 5. Item Mantif. II. p. 350.

Cau-

Caucalis involucris et involucellis pentaphyllis, foliis pinnatis. *Gerard.* Gallopr. p. 237. N. 5.

Caucalis latifolia. *Jacqu.* hort. Vind. II. p. 59. Tab. 128. *Allion.* Fl. Ped. II. p. 32. N. 1383. *Villars.* Delph. II. p. 654. N. 5. *Roth.* Fl. Germ. II. P. I. p. 306.

Lappula Canaria latifolia five caucalis. *Jo. Bauh.* hist. III. p. 80.

Echinophora quarta major platyphyllon purpurea. *Colum.* Ecphr. p. 98. Tab. 97.

Planta in folo natali annua, radicem habet albam fusiformem, haud admodum crassam, fibrillis sparsis obsitam, tempore durescentem. Caulis erectus, cubitalis, et altior, firmus, rigidus, farctus, teres, sulcatus, ut angulosum dicas, viridis, villis albis, rigidis, sursum spectantibus, obsitus, unde tactui asper, in longos divisus ramos, erecto-patentes, sibi similes. Folia simpliciter impari-pinnata, ex vagina petiolari membranacea amplexicaule, striata, albo-marginata et aspera; pinnis tri-et quadriiugis, sessilibus, latiuscule lanceolatis, pinnatifide-ferratis, per communem axem utrinque anguste decurrentibus, viridibus, supra subtusque ex pube decumbente rigidula, retroductu asperis. Umbellae in caule ramisque terminales, erecto-patentes, rigidae; constant radiis quinque, interdum quatuor. Saepiuscule tribus, etiam non nisi duobus, bipollicaribus, firmis, angulose striatis ex pube rigida asperis, suffultis involucro penta-tetra-aut triphyllo, respective brevi, foliolis ovato-lanceolatis, asperis, albo-marginatis. Umbellulae breves, crassiusculae, communiter radiorum quinque brevissimorum ex involucello pentaphyllo radios excedente, foliolis ovato-acutis asperis, lato margine albo, et subscarioso circumscriptis. Germen inferum, brevissime pedunculatum, ut ne sessile sit, oblongo-ovatum sulcatum, viride, setis rigidis, e viridi purpurascentibus hirtum, calyculo quinquedenticulato coronatum, stylis binis conicis brevibus, oblique divergentibus terminatum, stigmatibus obtusis. Corolla pentapetala alba, rubedinis tinctura suffusa; petalis ex reflexo sursum et canaliculato acuminata obcordatis, extimo in flosculis radii fertilibus majore. Stamina quinque cum antheris, alba. Fructus oblongus, ovato-acutus, bipartibilis; seminibus plano-convexis, dorso sulcis subsenis, totidemque alternatim liris longitudinaliter aculeatis, exaratis; aculeis subulatis rigidis subhamosis spadiceo-fuscescentibus.

Circa Goritiam rarior, Tergesti frequentior.

Caucalis foliis asperis pinnatis, pinnis serratis, involucris ovato-lanceolatis. *Haller.* hist. I. p. 324. N. 738.

44. Laserpitium *trilobum*.

Laserpitium foliis pinnatis, pinnis rotundato-trilobatis, lobis incisis, obtusiusculis; costis seminum submembranaceo alatis.

Laserpitium trilobum, foliolis trilobis incisis. *Linn.* Sp. pl. p. 357. N. 2. *Gerard.* Gallopr. p. 246. N. 2.

Ligusticum Rauwolfii foliis aquilegiae. *Joh. Bauh.* hist. III. P. II. p. 145.

Siler Aquilegiae foliis. *Plukenet.* Alm. p. 346. Tab. 223. f. 7.

Siler trilobum. *Scopol.* Fl. Carn. II. P. I. p. 217. N. 365.

Floret copiose medio Augusti inter Kletsch et Altlag inferioris Carnioliae in fruticosis, sylvis, et utrinque ad sepes viae currulis, dum ex Gottschee per Seisenburg in Sittich, et Weichslburg itur.

De Halleri Laserpitio N. 793. certitudinem non habeo, an revera Trilobum Linnaei? aut Aquilegiaefolium Jacquinii verius intelligat Laserpitium? Certissimus contra de Scopolii sum planta; a me acceptam habuit Anno 1762; dubitavitque num indigena foret Carnioliae, ut recentem, florentemque ex Gottschevіensi redux itinere eidem miserim Idriam. Fallitur vero, si eandem cum eo credit Laserpitio, quod ad Badenam Austriae, multoque copiosius in Monte crescit Caecio; quodque a Cranzio, ipsoque in Enumeratione Jacquinio, pro Trilobo Linnaei habitum est. Non trilobum illud Linnaei est, sed ut praestantissimus serius intellexit Jacquinius, in Florae Austriac. Volumine altero, ejusdem Aquilegiaefolium a vero Linnaei Trilobo longe quam diversissimum. Est Trilobo radix perennans, crasse fusiformis, simplex, aut et brachiata, rugulis anulata transversis, fibrillisque obsepta, et ad caulis basin setarum comata capillitio. Caulis simplicissimus, digitum fere auricularem inferne crassus, firmus, farctus, normalis, multis exaratus sulcis, obscure viridis, glaber, sub umbella duntaxat microscopice scabriusculus, assurgitque ad sex, septemve recta pedes, superiora versus ramosus, ramis simplicibus, aphyllis, erecto-patulis, ad eamdem fere cum caule principe altitudinem assurgentibus, ut subcorymbosum dicere possis. Folia radicalia subbipinnata, reliqua caulis pauca, nec nisi ad ejusdem internodia, simpliciter pinnata, pinnarum jugis binis, trinisve cum impare; infimis breviter petiolatis, superioribus sessilibus. Foliola sive pennae ipsae trilobae, planae, firmae, incisae, lobulis obtusis, supra glabrae, saturate virides, pallidiores subtus, et nervulis oblique transversis, serius rufescentibus pictae; referuntque forma et magnitudine pinnas Aquilegiae viscosae, aut et Thalictri aquilegiaefolii. Communis pinnarum axis supra sulco excisus, striatus inferne, ex stipula petiolari membranacea striata arcte caulem amplexante, et integra, continuatus enascitur. Caulem ramosque terminat umbella universalis convexula, respectu tantae caulis

caulis altitudinis sat parva, et brevis. Ejus involucrum polyphyllum, foliolis parvis angustis acutis, scabriusculis, tandem reflexis; Radii copiosi striati scabri. Umbellulae partiales, universali cum proportione similes, quoad radios et involucella. Corollae albae pentapetalae; petalis aequalibus, ex revoluto sursum apice obcordatis. Stamina corollis longiora, una cum antheris alba. Styli duo longiusculi, divergendo arcuatim reflexi, stigmatibus obtusiusculis. Germen subovatum striatum, viride, coronatum calyce quinquedenticulato. Fructus oblongus bipartibilis, sileri similior, quam illi Laserpitii latifolii; seminibus plano-convexis, dorso costulis longitudinalibus angustis, submembranaceo-alatis. Odor nullus.

45. Laserpitium *aquilegiaefolium.*

Laserpitium foliis radicalibus bipinnatis, triternatis, caulinis pinnatis, biternatis; foliolis ovatis, incisis, subtus glauco-cinerascentibus.

Laserpitium aquilegiaefolium. *Jacqu.* Fl. Austr. II. p. 29. Tab. 147. optime.

Seseli aethiopici aliud genus. *Clus.* hist. p. CXCV.

Siler trilobum. *Cranz.* Fasc. p. 186. N. 2.

Frequens in Monte Caecio prope Viennam Austriae, Kahlenberg dicto.

Radix perennis digitum pollicarem crassa, extus fusca aut nigra, alba intus, fusiformis, simplex, aut in ramos abiens, capite setis arrectis coronato, ex vaginarum foliorum radicalium, superiorum annorum, fibris emarcidis superstitibus. Caulis erectus, firmus, farctus, quadri-quinque-aut sex-pedalis, teres, subtilissime striatus, laevis, ramosus, una cum ramis, foliorumque petiolis, sive scapis, itidem teretibus et farctis, glaucus, nec nisi in senio ex glauco-purpurascens, et atro-purpureus. Folia radicalia, et infima caulis bipinnato-triternata e longo teretique, et subcompresso scapo communi; superiora caulina, pinnato-biternata, ex brevi, aut et nullo communi scapo, vaginis petiolaribus insidentia; summa caulis, unum aut alterum ternata in vaginarum petiolarium apice sessilia. Foliola omnia (seu pinnulae) demptis supremis caulis ovato-lanceolatis, ampla, sessilia, ovata, aut subovata, plana, carnosula, seu laurina, instar foliorum aquilegiae, ambitu inaequaliter et obtuse incisa, lobulorum obtusorum apicibus, spinula brevi innocua subrubente, velut armatis, supra saturate viridia, nuda, laevia, subtus glauco-cinerascentia, cum nervulis, et reticulo rufescentibus. Vaginae petiolares foliorum radicalium et caulinorum longae, concavae, subventricosae, nudae, cauli concolores e virore glaucescentes, longitudinaliter extus striatae, basi caulem arcte amplexantes, magis magisque rufescentes, apice ad scapum, aut foliola conniventes.

ventes. Rami ex foliorum, aut vaginarum petiolarium axillis, erectò-patentes, nudi, aphylli, apice umbelliferi. Umbellae univerfales magnae, erecto-patentes, radiis novem aut decem, duodecimve longis, tri-et quadripollicaribus, teretibus, e viridi glaucis, dum atro-purpurafcant denique. Involucro univerfali nullo, aut monophyllo, foliolo lineari-lanceolato, cadivo. Umbellulae confertae, convexae, radiis plus quam vicenis, intermediis brevioribus, quorum flores ob defectum ftylorum et ftigmatum faepe abortiunt. Involucellis aut nullis, aut aliquot paucis, iisque brevi cadivis, plus, quam radii, brevioribus, lineari-lanceolatis. Germen inferum, oblongo-ovatum, ftriatum, nudum. Calyx perfiftens, parvus, quinquedenticulatus. Corolla quinquepetala, petalis patentiffimis, albis, obcordatis, cum apice furfum inflexo, et canaliculato, cadivis. Stamina quinque, petalis longiora, patentia, cadiva, una cum antheris, alba. Styli duo divergentes incurvi, perfiftentes, demum atro-purpurei. Stigmata obtufa. Fructus-oblongo ovalis, bipartibilis. Semina duo, oblonga, convexo-plana, margine membranaceo-alata, membranulis humilibus; dorfo medio longitudinaliter convexiufculo, ac membranulis pariter humilibus, et exftantibus feptem (alternatim humilioribus) percurfo.

46. Ligusticum *Peloponnefiacum.*

Ligufticum foliis ampliffimis fubcubitalibus, infimis tri-reliquis bipinnatis, pinnis elongato-lanceolatis, acute pinnatifido-inciffis, confluentibus; caule fiftulofo ramofiffimo.

Ligufticum Peloponnefiacum foliis multiplicato-pinnatis, foliolis pinnatim incifis. *Linn.* Sp. pl. p. 360. N. 4. *Scopol.* Fl. Carn. 2 Tom. I. p. 20?. N. 338. *Jacqu.* Fl. Auftr. V. in App. p. 33. Tab. 13. *Hoft.* fynopf. p. 155. N. 1. *Allion.* Fl. Pedem. II. p. 14. N. 1322.

Sefeli Peloponnenfe. *Matthioli* Comment. Edit. Venet. A. 1554. p. 355. *Jo. Bauh.* hift. III. P. II. p. 184.

Ligufticum foliis duplicato-pinnatis, pinnulis acute dentatis, longe lanceolatis. *Haller.* hift. I. p. 332. N. 758.

Ligufticum cicutarium. *La Mark.* Fl. Franc. III. p. 453. N. 3.

Goritiae in Monte Sancto intra faxa immania fylvae umbrofae prope Verticem, unde Anno 1761. Scopolio mifi Idriam, tum Viennam Hortulano Horti Botanici D. Rameth, cum multis aliis plantis. Reperitur etiam in Montibus fylvofis Ternovae Comitatus Goritenfis. Julio in femen abit.

Radix perennans, craffa, carnofa, fufiformis, ramis fibi fimilibus brachiata, attritu odorata, vaginis petiolaribus annotinis, nec fetis, coronata. Cau-

Caulis (hic loci) sex, septemve pedum longitudine, erectus, firmus, basi pollicem et amplius crassus, teres, striatim sulcatus, fistulosus, laevigatus, inferne rubens, caetera saturate viridis, copiose superiora versus ramosus (cum simplice Matthiolius Umbella excudi fecit!!). Folia (praeprimis radicalia) amplissima, infima, dempto petiolo, cubiti fere longitudine, tripinnata, reliqua bipinnata, summa fere digitatim quinque-aut tripartita; pinnis elongato-lanceolatis, planis, firmis, utrinque laevigatis, saturate viridibus, pinnatifido-incisis, serratisve, utrinque per costam decurrentibus, et confluentibus. Petiolo inferiorum elongato, terete, fistuloso, laevi, striato. Vagina petiolaris oblonga, striata, semiamplexicaulis viridis, margine albens. Rami, cauli similes, axillares, erecto-patentes; in superioribus non raro subverticillatim ordinati, singulis folio suo proprio digitatim partito, nixis. Umbellae in caule, ramisque terminales, magnae (praeprimis ea caulis principalis), amplae, erecto-patentes, constantque baccillis seu radiis copiosissimis, conferte addensatis, teretibus, striatis, glabris, unum duosve et amplius interdum pollices longis, suffultis involucro penta-ad usque enneaphyllo, foliolis lanceolatis, triplo, quam radii, brevioribus, demum reflexis, quibus unum alterumve ut plurimum intermixtum esse solet caulinis reliquis cum proportione simile, scilicet planum lineari-lanceolatum pinnatifido-serratum. Umbellulae universalibus quoad radios involucelloque consimiles. Petala alba lanceolata integra, acumine apicis tantisper sursum incurvo. Stamina alba: antheris luteolis; styli duo albi erecto-divergentes, una cum calyce quinquedentato in fructu persistentes. Fructus crassiusculus, oblongo-ovalis, glaber, bipartibilis; semina plano-convexa, dorso, praeter marginalem utrinque, costis tribus elevatis crassiusculis, sulcos quatuor profundos intercipientibus, exarato. Odor plantae contritae potens. Flores umbellarum lateralium multi abortientes. Planta, si qua, speciosa.

Observ. Tomentum, villum, aut hirsutiem, cujus Hallerus meminit, Goritiensibus in plantis haud observavi.

An huc pertineat (ut mihi quidem videtur) Gmelini Ligusticum foliis triplicato-pinnatis, pinnis pinnatifidis, Fl. sibir. I. p. 196. N. 11. Tab. 45.? cum ipse protestetur contra Cicutariam latifoliam foetidam, non decidam. Id certum est, ad Peloponnense Linnaei Ligusticum citari ex Lobelio non posse Cicutariam maximam Brancionis, si qua ex Lobelianis huc faciat planta; ea profecto est, quam Cicutariam latifoliam foetidissimam dicit in Observ. p. 423. etsi auctor ipse a Seseli peloponnensi diversam credat.

47. Ligusticum *austriacum.*

Ligusticum foliis bipinnatis, pinnis subovato-lanceolatis, inciso-dentatis, extimis confluentibus; caule fistuloso; involucrorum foliolis simplicibus pinnatifidisque.

Seseli primum montanum Pannonicum. *Cluf.* hift. p. CXCIII.

Sefeli alpinum feu montanum primum Clufii folio fplendente, flofculis albis. *Jo. Bauh.* hift. III. P. II. p. 168.

Liguſticum Auſtriacum. *Jacqu.* Fl. Auſtr. II. p. 32. Tab. 151. *Cranz.* fafc. p. 197. N. 2. *Allion.* Fl. Ped. II. p. 15. N. 1324. Tab. 43. *Hoſt.* Synopf. p. 156. N. 2.

In pratis alpium Reichenavienſium ad S. Laurentium etc.

Plantae biennis radix magna, craſſa, ramoſa, annotinis foliorum vaginis coronata. Caulis cubitalis, bicubitalis, et altior, digitum pollicarem craſſus, erectus, ſtriatus? an verius ſulcatus? fiſtuloſus, viridis, glaber, copioſe folioſus inferne, ſuperiora verſus copioſius ramoſus; Ramis cauli perſimilibus, ſummis Umbellam principem ſerius excedentibus. Folia circumſcriptionis frondoſo-triangularis, glabra, ſuperne nitentia et ſaturate viridia, ſubtus aquoſiora; bipinnata, pinnis ſeſſilibus, latiuſculis, ſubovato-lanceolatis, inaequaliter inciſo- dentatis, extimis confluentibus; Radicalia, et inferiora caulis longius petiolata; ſumma ſeſſilia, ex vagina petiolari, absque petiolo, orta. Axe pinnarum communi, ſupra canaliculato, ſubtus ſtriato, glabro; in radicalibus in petiolum conſimilem decurrente. Vaginae petiolares oblongae, craſſiuſculae, ſemiamplexicaules, virides, ſtriatae, oris membranaceis, albis, aut et rubentibus. Umbellae in caule, et ramis terminales, magnae, erecto-patentes, planae, conſtant radiis plurimis conferte addenſatis, tres quatuorque pollices longis, ſtriatis, glabris, viridibus, involucro fultis polyphyllo, ſerius reflexo, duplo triplove, quam radii, breviore; foliolis planis, viridibus, inaequalibus, ſimplicibus lanceolatis integris, partim et pinnatifido-inciſis. Umbellulae univerſalibus cum proportione ſimiles, convexiuſculae, multiradiatae, et polyphyllae, foliolis involucellarum integris, dentatisque, inaequalibus, longioribus flores tantillum excedentibus. Petala alba oblongo-ovata, concavula longitudinaliter ſuperne carinulata patentia. Styli duo ſubulati, erecto-patentes, albi. Stamina corollis longiora. Antheris e virore luteolis. Semina oblongo-ſubovata, obtuſe acutiuſcula, glabra, dorſo convexa, liris craſſiuſculis quinque (ſulcos intercipientibus quatuor) coſtata, hinc fructus bipartibilis coſtulis elevatis decem exaratus, ſulcos, eas inter, octo intercipit. Calyx quinque - dentatus, denticulis ovato-acutis, vel in ſemine adhuc perſiſtens, una cum ſtylis et gibberibus, quibus ſtyli inſiſtunt.

Obſerv. Multi, neſcio quam ſimilitudinem, hoc inter Liguſticum auſtriacum, et illud, quod Pelaponneſiacum vulgo audit, inveniunt; adeo, ut nonnulli etiam ſubdubitaverint, an non unum alterius varietas praeciſe ſit? Ego, qui utrumque et inveni, et toties vidi, adeo inter ſe differre ſemper obſervavi, ut in iis ſpecifice ab invicem diſtingvendis, numquam decipi poſſem.

48. He-

48. Heracleum *auſtriacum*.

Heracleum foliis impari-pinnatis, foliolis ſeſſilibus, ſerratis, hirſutis; inferioribus obtuſe oblongo-ovatis; ſuperioribus ovato-lanceolatis, ſubappendiculatis.

Heracleum auſtriacum foliis pinnatis, utrinque ſcabris, floribus radiatis. *Linn.* Sp. pl. p. 359. N. 4. *Jacqu.* Fl. Auſtr. I. p. 38. Tab. 61. *Cranz.* faſc. p. 153. N. 1. Tab. 1. f. 1.

Sphondilium auſtriacum. *Scopol.* Fl. Carn. 2 Tom. 1. p. 204. N. 336.

Tordylium ſiifolium. *Scopol.* Fl. Carn. 2 Tom. 1. p. 194. N. 318. Tab. 8.

Minime rarum in alpibus Carniolicis Lithopolitanis Schneeberg ſupra fanum S. S. Primi et Feliciani, item Vochinenſibus, tum et in Carinthiacis: floret Julio.

Radix perennans, fuſiformis, circellis exſtantibus annulata, fibrillis parcius ſepta albida. Caulis interdum vix ſpithamalis, alias unum ſesquialterumve pedem altus, plerumque ſimplex (rarius duo, tresve eadem e radice) uno adauctus ramo, erectus, farctus, ad intimam duntaxat medullam cum tempore fiſtuloſus, calami ſcriptorii craſſitudine, teres, ſtriatus, viridis, villis albidis, ſerius cadivis, hirſutus. Folia radicalia e petiolo ſuperne canaliculato, ſubtus hirſuto, impari-pinnata, pinnis duorum, triumve jugorum majuſculis, latiuſculis, ſeſſilibus, oblongo-ſubovatis, obtuſiuſculis, per oras obtuſe ſerratis, ſupra ſubtusque hirſutis, cum tempore ſuperne ex parte decalvatis, ſubtus rufo-ſubreticulatis, impare ut plurimum paulo majore, et ſubtrilobo. Caulinis uno, alterove, brevius aut omnino non petiolato, itidem impari-pinnato, pinnis tamen ovato-lanceolatis, anguſtioribus, acutius ſerratis; caetera radicalibus ſimilibus. Quandoque ſupremum caulinum ternatum foliolis anguſtis, acute lanceolatis, ſerratis. Vagina petiolaris foliorum, ex qua axis communis ſive petiolus, oblonga membranacea, albido-vireſcens, ſtriis elevatis ſaturatius virentibus exarata, villoſa, amplexicaulis, tumidiuſcula. Umbellae multifidae, bacillis usque duodecim, et ultra villoſulis, erecto-patentes, involucro polyphyllo, cadivo, foliolis lineari-lanceolatis. Umbellulae multiflorae radiatae, floſculis diſci breviſſime pedicellatis, plerisque maſculis et abortivis; peripherialibus contra longius pedicellatis hermaphroditis, fertilibus. Earumdem involucella pentaphylla, foliolis viridibus ſetaceis, aut et lineari-lanceolatis, exterioribus tribus longioribus, reflexis. Corollae alias albae, alias rubrae, pentapetalae, petalis ex ſurſum inflexo apice obcordatis, florum centralium ſubaequalibus; peripherialium contra inaequalibus, tribus ſcilicet exterioribus triplo quadruplove majoribus profunde obcordatis. Stamina alba; antherae aquoſae luteolae. Germina fertilium parva rotundo-viridia, albo-villoſa, co-

F 2 ronata

ronata calyculo quinquedenticulato, ſtylisque duobus e gibberibus convexis baſeos, filiformibus, arcuatim divergentibus, ſtigmatibus craſſiuſculis obtuſis. Fructus obcordato-orbicularis, glaber, bipartibilis. Seminibus hinc planis, dorſo depreſſo-convexiusculis ſtriis tribus elevatis exaratis margineque membranaceo plano alatis.

Obſerv. Germen prout magis magisque in fructum maturatur, villum, quo obſitum fuerat, ſenſim deperdit, figuramque immutat ſuam; hoc, et corollarum color ruber Scopolio illuſit, ut ex rubra varietate Tordylium fecerit ſiifolium. Fruſtra declamat Cranzius; non tam ob hirſutiem et glabritiem, quam ob folia pinnata et non pinnata, ſed palmato-lobata, ſpecie inter ſe differunt Heracl. alpinum, et auſtriacum.

49. Selinum *Monnierii.*

Selinum foliis bipinnatis, pinnis profunde pinnatifido-inciſis, lacinulis linearibus mucronulatis, ramis axillaribus, caulem excedentibus; ſeminibus ſtriis elevatis quinque membranaceis.

Selinum Monnierii umbellis confertis, involucro univerſali reflexo ſeminum coſtis quinque membranaceis. *Linn.* Syſt. pl. p. 301. N. 4. Amoenit. Acad. IV. p. 269. N. 23. *Jacqu.* Hort. Vindob. I. p. 25. Tab. 62. *Gouan.* Obſerv. p. 11. N. 1.

Goritiae prope Molas Tabacarias in dumetis et inter frutices medio Auguſti. Item in fine Auguſti et Septembri Via ad Salcanum ſub ſepibus ad foſſas. Etiam circa San Daniele Fori Julii.

Planta annua cubitalis, foliis Aethuſae accedens, minus tamen diffuſa. E radice terete fuſiformi radiculis fibrilloſis ſepta; caulis aſſurgit anſerinae pennae craſſitudine, tres circiter ſpithamas altus, erectus, ſtrictus, ex tereti anguloſus, ſtriatus, farctus, rigidulus, glaber, inferne rubens, caetera obſcure viridis, e foliorum axillis ramoſus, ramis ſtrictis, elongatis, ſuperioribus caulem ſerius excedentibus. Vidi etiam ternis vicibus (et exemplar poſſideo), ubi caulis apice in quinque ramos elongatos eodem e puncto abiit; ramorum umbellam velut efformans, ſuffultam totidem foliis brevioribus e vagina petiolari pinnatis, tamquam involucro. Folia per caulem ſat frequentia ex alternis intervallis, e quorum axillis rami aſſurgunt erecto-patentes, et ipſi per intervalla folioſi. Sunt illa non admodum amplae circumſcriptionis (ſuperiora inferioribus breviora) bipinnata ſaturate et obſcure viridia, glabra, pinnis profunde pinnatifido-inciſis, in lacinulas anguſtas, lineares, breviter mucronulatas; communi pinnarum axe membranaceo, canaliculato, ſubtus ſtriato, glabro, abeunte, aut continuato, in inferioribus, in conſimilem petiolum, baſi

basi caulem semiamplexantem vagina petiolari oblonga, integra, stricta, viridi, per oras albido-membranacea. Umbellae in caule, ramisque terminales, non admodum magnae, planae, erecto-patentes, conferte multiradiatae, bacillis pollicaribus, striatis, glabris; involucro fultis triplo breviore, patente, polyphyllo; foliolis ex lineari, albido marginata basi, subsetaceis, glabris, viridibus. Umbellulae universalibus consimiles, convexiusculae, multiradiatae, involucellorum foliolis et ipsis ad usque octo, novemve, radios subaequantibus. Petala alba lanceolata, ex reflexo sursum apice obverse velut cordata. Stamina corollis longiora, antheris dilute luteolis. Styli duo longiusculi, divaricati, demum arcuatim reflexi. Semina subovata, plano-convexa dorso striis tribus elevatis membranaceis, tum margine utrinque exstante pariter membranaceo, et alato; ut quinque exinde costae, breviter exstantes, et membranaceae oriantur: Selinis propriora, quam Laserpitiis.

50. Selinum *Seguierii.*

Selinum foliis subquadripinnatis, pinnis pinnatifido-incisis, lacinulis lanceolatis mucronulatis; ramis axillaribus subverticillatis; stylis subulatis elongatis horizontalibus.

Ligusticum alpinum perenne Ferulae folio, floribus albis. *Seguier.* Veron. II. p. 41. N. 2. Tab. 13.

Selinum Seguierii, involucro universali nullo, pistillis divaricatissimis. *Linn.* Syst. Nat. Edit. Gmel. Tom II. P. I p. 476. N. 6. *Jacqu.* Hort. Vind. I. p. 24 Tab. 61. *Host.* Syn. p. 146. N. 5.

In calcareis Carnioliae, et Forojulii montibus.

Radix perennans, magna, fusiformis, in ramos diffusa. Caulis duos tresque pedes altus, erectus, teres, glaber, subtilissime striatus, sub umbellis sulcatus, farctus, ex geniculorum axillis subverticillatim ramosus; Rami cauli cum proportione similes, erecto-patentes, ex eodem geniculo alias quinque, aut quatuor, tresve, etiam duo duntaxat oppositi; singulis suo semper folio, ex cujus axilla enascuntur, suffultis; iis supremi geniculi Umbellam caulis principem, longitudine excedentibus: prout ex contra ramorum, reliquas subalternorum ramulorum exsuperat. Folia radicalia, caulinaque infima ampliter diffusa, quadripinnata, reliqua sursum versus, tri-tum bipinnata, pinnis pinnatifido-incisis, lacinulis lanceolatis, glabris, cuspidula brevi diaphana in apice innocue mucronulatis. Axe communi pinnarum superne canaliculato, in petiolum longum, magis magisque inferiora versus latescentem, semiamplexicaulem, et ipsum quoque canaliculatum abeunte. Umbellae in caule ramisque terminales, magnae, plurimi-et inaequaliter radiatae, plano-patentes;

fructiferae erectae et contractae; nullo ut plurimum fultae involucro; vidi tamen interdum unum, etiam duo anguſtiſſima ſubſetacea, lineas aliquot longa foliola. Longitudo bacillorum ſeu radiorum peripherialium, duos cum dimidio, centralium ſesquialterum aequat pollicem. Umbellulae univerſalibus ſimiles, multiradiatae, involucellis conſtant, penta-ad octo-phyllis, foliolis inaequalibus ex lineari baſi ſetaceis radios ſubaequantibus. Petala alba, oblonga, ex inflexo ſurſum apice obverſe ſubcordata. Stamina petalis longiora; antherae dilute luteolae. Styli duo ſubulati, albi, cum tempore elongati, et horizontaliter divaricatiſſimi; ſtigmata ſimplicia, nec obtuſa. Semina oblongo-ſubovata, plano-convexa, glabra, dorſo ſtriis tribus elevatis craſſiuſculis exarata, marginibus contra breviter membranaceo-alatis. Odor plantae haud ingratus.

Synonymis adde ſupra:

Liguſticum pyrenaeum foliis quadruplicato-pinnatis foliolis ariſtatis integris multifidisve. *Gouan.* Obſerv. p. 14. N. 2. Tab. 7. f. 2. folii radicalis.

Liguſticum Seguierii. *Villars.* Delph. II. p. 615. N. 7.

Daucus pyrenaicus tenuifolius, foliis Citri odore lucidis. *Pluck.* Phytogr. Tab. 173. Fig. 2.

51. Angelica *verticillaris.*

Angelica foliis bipinnatis, pinnis ovato-acutis, ſerratis, impare trifida; caule verticillatim umbellifero; involucris ſubnullis.

Angelica verticillaris foliis divaricatiſſimis, foliolis ovatis ſerratis, caule pedunculis verticillato. *Linn.* Mant. II. p. 217. *Jacqu.* Hort. Vind. II. p. 60. Tab. 130.

Imperatoria nodiflora. *La Mark.* Fl. Franc. p. 417. N. 4.

Goritiae intra rupes praeruptas in Straſſitſch. Etiam intra Monfalcone et Duinum.

Radix perennans, craſſa, ramoſa, rugis transverſis annulata, albo-lacteſcens. Caulis a duobus ad quatuor et ultra altus pedes, teres, ſtriatus, farctus carne alba, cum tempore ad intimam medullam fiſtuloſus, laevigatus, viridis, glauco oblitus halitu, tandem obſcure rubens; inferne diffuſe alternatim ramoſus, ſuperiora verſus iterum, iterumque verticillatim umbellifer; umbellis eodem e verticillo quinque, quatuor, tribus, etiam duabus duntaxat oppoſitis, inaequaliter pedunculatis, diffuſe erecto-patentibus, fultis foliolis binis oppoſitis ſubſeſſilibus, ovatis, ſerratis, aut et nullis etiam. Rami cauli ſimiles. Folia radicalia et caulis infima ampliſſima diffuſa circumſcriptione frondoſo-

trian-

triangula, bipinnata (fuperioribus cum proportione decrefcentibus), pinnis feffilibus, planis, glabris, late ovato-acutis, ferratis, fimplicibus, bilobis, trilobisve, impare ut plurimum trifida, faturatius aut dilutius viridibus; earum axis communis, petiolusque inferiorum, teres, glaber, farctus, cauli concolor. Vagina petiolaris ampla, oblongo-ovata, inflata, fulcis exarata, alternisque liris, amplexicaulis, apice emarginata, oris albo-membranaceis; fummorum foliorum contractior, minusque inflata. Umbellae magnae, patentiffimae, multiradiatae, radiis inaequalibus, ftriatis, laxe ordinatis, nullo fultis involucro. Umbellulae univerfalibus fimiles, radiis multis inaequalibus; involucelli foliolis aut nullis, aut uno alterove brevi anguftoque praepropere cadivo. Flores abortivi complures. Petala e diluto virore luteola, lanceolata, ex reflexo furfum apice apparenter obcordata. Stamina, antherae, ftigmata, cum ftylis ejusdem coloris. Semina ovalia, plana-convexa, ftriis elevatis tribus exarata, circumfcripta margine membranaceo alato plano.

Obferv. Ratione feminis hodiernis Selini fpecies.

52. Anthericum *Liliaftrum.*

Anthericum foliis planis, fcapo fimpliciffimo; corollis hexapetalo-campanaeformibus; ftaminibus piftilloque demum declinatis.

Anthericum liliaftrum foliis planis, fcapo fimpliciffimo, corollis campanulatis, ftaminibus declinatis. *Linn.* Sp. pl. p. 445. N. 6. *Villars.* Delph. II. p. 268.

Phalangium Allobrogicum majus. *Cluf.* Exot. Append. alt.

Phalangium flore Lilii. *Jo. Bauh.* hift. II. p. 636. cum Clufii figura.

Liliaftrum alpinum. *Scheuchz.* It. alp. I. p. 42. et It. alp. VII. p. 514.

Hemerocallis floribus patulis fecundis. *Haller.* hift. II. p. 112. N. 1230.

Magna in copia in pratis declivibus, elatas inter rupes alpium Juliarum, vulgo in der Plecken im Geilthal, florens medio Julio in focietate Scorzonorae purpureae, Geranii macrorrhizi, Bupleuri petraei etc. pulchritudine cedens nulli; Lilium te videre credas candidum floribus paullo gracilioribus, alteram in partem fubnutantibus.

Napuli plus quam duodecim, albi, graciles, duos tresve pollices longi, tereti fubfufiformes, carnofuli, copiofis obfiti fibrillis, inque unum collecti caput, radicem fpeciofiffimae efficiunt plantae perennem. Ex ea, plura inter folia, trifpithamalis plus minus recta affurgit fcapus fimpliciffimus, teres, firmus, laevis, viridis, farctus, fcriptorii craffitudine calami, in florum abiens racemum heteromallum. Folia non alia, quam radicalia, fcapo haud multum bre-

breviora, eumque basi mutuo obvolventia, inde plana, erecto-patula, lineari-lanceolata, integerrima, nuda, laevigata, saturate viridia, unam duasve lineas lata, longitudinaliter subtus nervo carinata. Flores racemi terminalis numero quatuor, quinque, etiam sex, laxis inter se alterantes intervallis, in unam omnes subnutant partem, singuli ex axilla bracteolae lanceolatae pedunculati; pedunculo terete semipollicari, aphyllo, triplo, quam flos, breviore. Flos magnus semialterum longus pollicem, nivei candoris. Calyx, quem perperam cum Lugdunensibus Tabernaemontanus appinxit, nullus. Corolla hexapetala, petalis duorum alternatim ordinum, subaequalibus, oblongo-ovalibus, basin versus attenuatis, integris, alternis paulo latioribus, ac per margines laterales subundatis; omnibus in campanae formam ordinatis, primum conniventibus, sub perfecta tamen anthesi, apicem versus erecto-patulis. Stamina sex, filamentis albis, subulatis, corolla non nihil brevioribus; alternis minoribus; omnibus demum declinatis, sursumque arcuatim adscendentibus. Antherae oblongae lineares, quadrisulcae, flavae, in aequilibrio filamentorum apici incumbentes, et versatiles. Germen in corollae fundo sessile, saturate virens, glabrum, subtriquetro-ovatum, liris sex parumper elevatis percursum, alternis pene superficialibus. Stylus gracilis, corollae longitudine, albus, demum deflexus. Stigma crassiusculum, subtriquetro-turbinatum, flavum. Capsula oblongo-ovata, subtriquetra, liris elevatis exarata, trilocularis, trivalvis, polysperma; dissepimentis longitudinalibus interne tribus interstincta. Odor floris amoenus, neque tamen vehemens.

Observ. Sub nomine Phalangii Dalechampii Lugdunenses in hist. p. 852. et sub eo Phalangii Matthioli Tabernaemontanus in hist. p. 558. proposuerunt, uterque contra naturam cum calyce.

53. Alisma *ranunculoides.*

Alisma foliis anguste lineari-lanceolatis, longe petiolatis; umbellis laterali, terminalique; pedunculis monofloris inaequalibus; fructibus globoso-squarrosis.

Alisma ranunculoides foliis lineari-lanceolatis, fructibus globoso-squarrosis. *Linn.* Sp. pl. p. 487. N. 6. *Oeder.* Fl. Dan. Tab. 122. *Lumnizer.* Fl. Poson. p. 155. N. 375. *Roth.* Fl. Germ. II. P. I. p. 430. N. 5. *Gerard.* Gallopr. p. 137. N. 3. *Allion.* Fl. Pedem. I. p. 234. N. 860.

Plantago aquatica humilis angustifolia. *Jo. Bauh.* hist. III. p. 788.

In fossis et lacustribus prope Cordovato in Forojulio.

Radix nil nisi multiplex, densissimaque fibrillarum albarum coma, scapos quotannis plures, plurima inter folia profert radicalia. Haec e longo, tereticana-

canaliculato et glabro petiolo, anguste lineari-lanceolata sunt, carnosula, plana, tribus subtus exarata nervis, integerrima, glabra, saturate viridia. Illi spithamales, pedales, interdum et sesquipedales, teretes, laevigati, foliis concolores, erecti, duas communiter florum sustinent umbellas; terminalem alteram, alteram cis apicem lateralem; pedunculis utraque monofloris constat, inaequaliter longis, suffultis communi in exortu bracteis tribus, quatuorve ovato-acutiusculis, tanquam universali involucro. Calyx triphyllus, persistens, foliolis ovatis concavis carnosulis e viridi rufo-fuscescentibus, breviter albido-marginatis, corolla brevioribus. Petala tria alba, subrotunda, patentia, crispato-subcrenulata. Stamina sex corollis breviora, alba, antheris subrotundis luteis. Germina multa, compresso-ovata, sessilia, collecta velut in capitellum subglobosum; singula singulis exiguis stylis terminata, extrorsum curvulis; stigmate obtuso terminatis. Fructus subgloboso-squarrosus, constans capsulis monospermis.

54. Erica *scoparia*.

Erica antheris bicornibus inclusis, corollis breviter campanulatis, ex axilla solitariis; foliis ternis, erecto-patulis, deciduis; caule ramisque cano-villosis.

Erica scoparia antheris bicornibus inclusis, corollis campanulatis longioribus; foliis ternis patentibus, ramis albis. *Linn.* Sp. pl. p. 502. N. 5. *Gerard.* Gallopr. p. 437. N. 2. *Allion.* Fl. Ped. I. p. 119. N. 442. *Villars.* Delph. III. P. I. p. 515. N. 2.

Erica coris folio quarta. *Clus.* hist. p. 42.

Erica scoparia flosculis item herbaceis. *Lobel.* Observ. p. 622.

Erica arborescens floribus luteolis, vel herbaceis minimis. *Jo. Bauh.* hist. I. P. II. p. 356.

Copiose in Insula Cherso versus Osero.

Frutex cubitorum aliquot, arbusculam referens, erectus, ramosissimus, haud quaquam diffusus, ramis erecto-patulis, teretibus, lentis, ex villo molli, albo, exstante, nec appresso, albo, incanis foliis undique conferte obsitis. Folia acerosa, duas lineas longa, ne dimidiam lata, linearia, semper virentia, superne stria impressa exarata, subtus rachi prostante percursa, oris lateralibus revolutis, glabra, desiccatione rugosula, subsessilia, id est brevissime petiolata, erecto-patula, alternatim semper terna, decidua. Flores versus ramulorum extremitates, ex foliorum axillis solitarii, parvi, breviter pedicellati, foliis tantillum altiores, erecti. Calyx simplex, quadriphyllus, corollis duplo, triplove minor; foliolis latiuscule ovatis, concavo-convexis, persistentibus.

Corolla parva rotunde campanulata, quadrifida, flavido-virens, seu herbacea. Stamina octo breviffima, antheris bicornibus, corolla brevioribus, et inclufis. Germen rotundum, intra corollam. Stylus filiformis, corolla longior, et exfertus; ftigma orbiculari-peltatum. Capfula rotunda quadrilocularis, quadrivalvis; femina exigua multa.

Obferv. Apices ramulorum hac in fpecie frequenter in capitella rofaceoftellata abeunt, foliolis fcilicet ex infectorum noxa adulteratis, et humore ibidem retento incraffatis, tumefcentibus, inque foliola ovato-acuta abeuntibus, ita ut ex eorundem demum imbricatione rofula polyphylla, erecto-patens oriatur.

55. Dianthus *Monfpeffulanus.*

Dianthus caulibus paniculatis multifloris; petalis multifido-laciniatis fauce barbatis; fquamis calycinis ex ovata bafi lineari-fubulatis, dimidii calycis.

Dianthus floribus folitariis, fquamis calycinis fubulatis tubum aequantibus, petalis multifidis. *Linn.* Sp. pl. p. 588. N. 10. Amoenit Acad. IV. p. 313. *Villars.* Delph. III. P. II. p. 600. N. 12. *Allion.* Fl. Ped. II. p 76. N. 1551.

Caryophyllus flore tenuiffime diffecto. C. B. *Seguier.* Veron. Suppl. p. 191.

Superba gracilioribus viticulis, erectis, rigidioribus etc. *Lobel.* Advers. p. 189.

Non infrequentem olim circa Goritiam menfe Julio An. 1761. inveni.

Radix perennis, de more multiceps; Folia fingulis ex capitibus copiofa, ftipate addenfata, tamen binis femper, et binis, velut in crucem, oppofitis, ut foliofam videantur formare rofam, ad caulium bafin, qui ex eadem, velut e decubitu, ad pedis circiter attolluntur altitudinem, teretes, glabri, virides, articulati, quinque fere interftincti geniculis nodofis, binis quovis a geniculo foliis lineari-fubulatis oppofitis, bafi connatis, concoloribus obfiti. Rami ex fuperiorum foliorum alternis axillis cauli pincipi fimiles erecti, ut caulis ipfe, apicem verfus, brevibus e pedunculis, bi-aut triflori; ut caulis denique paniculatus, et multiflorus dici poffit. Flores in caule, ramisque finguli, fed brevius, ut dictum, pedunculati; fubaggregatos dicas. Calyx feptem, octove lineas longus, duas craffus, cylindraceus, tubulofus, ftriatus, glaber, viridis, demum rubedine fuffufus, quinquedentatus, dentibus profundis, lineari-fubulatis, rigidis; bafi vallatus fquamis in crucem oppofitis, ex oblongo-ovata bafi, lineari fubulatis, dimidiam, nifi et amplius, tubi calycini longitudinem aequantibus. Corolla pentapetala; unguibus petalorum albis calycis lon-

longitudine; Lamina limbi dilute incarnata multifido-laciniata, laciniis anguftis, filiformi-fetaceis; fauce pube brunefcente barbata. Stamina, piftillum, ftyli capfulaque, ut in plumariis reliquis. Odor exiguus amoenus, debilior eo Dianthi fuperbi.

Obferv. Hic fimillimus Diantho fuperbo quoad characteres, ab eo tamen, ut jam Seguierius, et ante eundem Lobelius adnotarunt, fpecie diverfus, ut quisque, qui utramque contulerit plantam, facile percipiet. Hic nofter caule, corollis, et tota planta minor; panicula contracta, nec ut in fuperbo, diffufa. Eft et rigidior illo; foliis, fquamis, dentibusque calycum in acumen tenuiffimum, fubulatum, et rigidiufculum abeuntibus. Floribus fingulis brevius pedunculatis, minus ab invicem femotis, ut ramorum apices videantur flores aggregatos referre.

56. Dianthus *Seguierii.*

Dianthus caulibus paniculatis multifloris; petalis dentatis, fauce guttatis barbatisque; fqamis calycinis ex ovata bafi lanceolatis, calycem fubaequantibus.

Caryophyllus barbatus anguftifolius, petalis rubris, maculis purpureis, et villis circinatim difpofitis. *Seguier.* Veron. I. p. 438. N. 7. Tab. 8.

Dianthus floribus fubaggregatis, fquamis calycinis fubaequantibus, corolla zonatim infcripta, caule foliisque laevibus. *Villars.* Delph. III. P. II. p. 594. N. 2.

Goritiae in collibus fylvofis.

Radix perennis, extus fufca, in plura divifa ad fuperficiem terrae capita, e quibus fingulis copiofa inter folia caules enafcuntur e decubitu affurgentes ad duas et ultra fpithamas, duas craffi lineas, virides, glabri, teretes, quinque aut fex interftincti geniculis nodofis, ex alternis geniculorum fuperiorum axillis longiufcule ramofi, ramis bi-aut trifloris, floribus pedunculatis. Folia tam radicalia, quam caulina ad geniculorum nodos oppofita et connata, fesquipollicaria plus minus, angufte lanceolata, duas circa medium fere lineas lata, plana, glabra, ejusdem cum caule coloris. Flos amplus, erectus. Calyx novem lineas longus, tres craffus, cylindraceus, tubulofus, ad tertiam fere longitudinis partem acute quinquefidus, fegmentis lanceolatis, eftque glaber, ftriatus, viridis, cum tempore rubefcens; vallatus bafi in crucem fquamis quatuor erectis, quarum interiores ex ovata aquofe virente bafi in mucronem lanceolatum viridem, calyce haud multum breviorem abeunt; duae contra exteriores foliis caulinis fimiles, lineari-lanceolatae, faturate virides, calycem exaequant. Corolla pentapetala, magna, ampla, patens. Petalorum ungue

calycis longitudine, albo. Lamina limbi late obovata, margine dentata, utrinque rubra, ad faucem villis concoloribus pubescens, guttisque saturatius rubris, in arcum concavum ordinatis picta. Stamina decem subulata alba, alternis brevioribus, longioribus calycem aequantibus; antheris aureis, demum ferrugineis. Germen, capsulaque etc. ut in congeneribus, styli duo albi, calyce longiores, arcuatim divergentes. Odor nullus.

Observ. Subdubitat Hallerus cum Diantho plumario eundem esse; nulla vero id ratione; neque enim ad eam subdivisionem petalorum in lacinias discissorum pertinet.

57. Silene *rubella.*

Silene caulibus erectis, laevibus, parce ex superioribus alternis axillis, ramosis; calycibus subglobosis glabris, venosis corollis breviter exsertis, erecto-patulis.

Silene rubella erecta laevis, calycibus subglobosis glabris venosis, corollis inapertis. *Linn.* Sp. pl. p. 600. N. 23.

Viscago lusitanica flore rubello vix conspicuo. *Dillen.* Hort. Elth. p. 324. T. 314. f. 406.

Inter segetes circa San Daniel, Tolmezzo etc. etiam Monfalconii.

Planta annua. Radix composita ex tribus quatuorve fibris, aciculae crassitudine, quaquaversum diffusis unum duosve pollices longis, septis fibrillis capillaceis ramosis. Ex ea unus, ad usque tres quatuorve caules, plus quam cubitales, erecti, lineam vix crassi, teretes, glabri, laeves, septem octove articulis, totidemque geniculis nodulosis constantes, apice semel iterumque dichotomi. Folia radicalia, oblongo-obovata, in petiolum velut decurrentia; caulina ad articulorum genicula, opposita, sessilia basi connata, obtuse aut acutiuscule lanceolata, integerrima, erecto-patula, pollicem plus minus longa, duas medio ventre lineas lata, plana, glabra, laevia. Caulis in unam aut duas abit dichotomias pedunculo monofloro intermedio longius pedunculato: quandoque ex superioribus alternis foliorum axillis ramus longiusculus monoflorus enascitur. Calyx subglobosus, quinquefidus acute, erectus, persistens, glaber, venis seu lineis saturatius viridibus decem pictus. Corolla pentapetala; petalis angustis, obcordato-linearibus, ungue albo, calycis longitudine, limbi segmentis vix lineam longis obcordatis, erecto-patulis, parum ultra calycem eminentibus, erecto-patulis, ad faucem appendiculatis denticulis duobus planis albidis. Stamina decem alternis brevioribus, calycis longitudine, antheris luteolis. Germen globosum, glabrum. Styli tres albi. Stigmata simplicia. Capsula calycis longitudine etc.

58. Ev-

58. Euphorbia *Chamaesyce.*

Euphorbia caulibus procumbentibus, iterato-dichotomis, glabris, rubris; foliis oppositis, oblique suborbiculato-semicordatis, glabris, margine crenulatis et rubentibus; floribus solitariis, axillaribus.

Euphorbia dichotoma, foliis crenulatis subrotundis glabris; floribus solitariis axillaribus; caulibus procumbentibus. *Linn.* Sp. pl. p. 652. N. 25. *Gmelin.* Pl. sibir. II. p. 237. N. 10. *Gorter.* Fl. Belg. p. 132. N. 387. *Gouan.* Fl. Monsp. p. 174. N. 1. *Allion.* Fl. Ped. I. p. 283. N. 1030. *Gerard.* Gallopr. p. 535. N. 1.

Tithymalus exiguus glaber, Nummulariae folio. J. R. H. *Zannichel.* p. 261.

Chamaesyce. *Clus.* hist. p. CLXXXVII. bene. *Joh. Bauh.* III. p. 667. bene.

In aridis vinearum, arvorum, hortorumque areis, Littoralis.

Minor, multoque, quam Euph. canescens, tenerior, aspectuque elegantior perinde nihilominus, ut illa, lacteas laesa guttulas plorans. Plantula annua, ex radice gracili, filiformi, unum alterumve pollicem longa, subramosa, fibrillis capillaribus hinc inde obsita. Caules plurimi in orbem decumbentes, per dichotomias ramosi, teretes, aliquot pollices longi, aciculae crassitudine, nudi sive glabri, rarius, nec nisi prima in aetate, statimque fugacibus adspersi villulis, ex viridi, brevi saturate et obscure rubri: folia ad articulorum genicula, ut in Euph. canescente, laxa per intervalla, opposita, magnitudine et forma iis Euphorbiae canescentis simillima, et ipsa brevissime petiolata, perque oras crenulata sed glabra, utrinque saturate viridia, per oras rubra; cum tempore, inferne ex rufo fusca, supra macula non raro fuscescente oblita. Flores et in hac, ex dichotomiarum, foliorumque axillis solitarii, breviter pedicellati ex viridi obscure tandem rubentes, nudi, glabri; Calyce monophyllo subovato, inflato, quadrifido; (alle ascelle, inquit Zannichelli, nascono bianchi fiorellini, intellige de calycibus effoetis persistentibus) corolla tetrapetala, petalis cum calycum denticulis alternantibus semiorbiculatis integerrimis gibbis obscure et saturate rubris. Stamina multa, successive ultra calyces exserta; filamentis albis, antheris didymis flavis. Styli tres bifidi; stigmatibus obtusis rubris. Germen pedunculatum, ultra calyces et corollas eminens, ex viridi tandem rubrum, villulis, tandem cadivis, parce obsitum, globoso-subtriquetrum. Capsula subgloboso-tricocca, trilocularis; loculis monospermis, seminibus oblongis, ovato-subtriquetris, nigricantibus nudis.

59. Euphorbia *canescens*.

Euphorbia caulibus procumbentibus, multiplicato-dichotomis; una cum foliis oppositis, oblique suborbiculato-semicordatis crenulatis, undique incano-villosis; floribus solitariis, axillaribus.

Euphorbia dichotoma, foliis integris, subrotundis, pilosis; floribus solitariis, axillaribus; caulibus procumbentibus. *Linn.* Sp. pl. p. 652. N. 24.

Tergesti in aridis, arvis, et hortorum areis.

Tam Gerardus, quam Allionius, pro pura Euphorbiae chamaesyces varietate, canescentem hanc habent; Gorterus vero in flora Belgica ne quidem ut varietatem prioris recenset, licet utramque, vel ipse, prope Lugdunum Batavorum collegerim quondam; utut vero quam maxime affines inter se sint utraque, qui utramque tamen simul conspexerit, nunquam pro unius ejusdemque speciei varietatibus habiturus est. Radix canescenti huic est annua, gracilis, filiformis, dimidiam crassa lineam, duos tresve longa pollices, simplex aut subramosa, fibrillis capillaribus longiusculis parce obsita, fuscescens, ex qua plurimi in orbem decumbentes et prostrati, undique diffunduntur caules ad spithamae fere longitudinem, per iteratas dichotomias ramosi, teretes, acicula parumper crassiores, incano-virentes, villis undique dense obsiti; folia in iis, laxa per intervalla, attamen semper opposita, duas circiter lineas longa lataque, oblongo-suborbiculata, simulque oblique velut semicordata, obtusa, per oras obsolete crenulata, plana, brevissime petiolata, patentia, incano-virentia, utrinque dense villosa. Flores ex dichotomiarum, et foliorum axillis solitarii, simplices, breves, et breviter pedunculati, incano-virentes, villosi. Calyce monophyllo, subovato, inflato, quadrifido, incano-virente, villoso. Corolla tetrapetala, petalis calycinis, gibbis, semiorbiculatis, integerrimis, patentibus, dilute flaventibus. Stamina subduodena, corollis successive altiora, filamentis albis filiformibus; antheris flaventibus, didymis, subglobosis. Germen pedicellatum exsertum globoso-subtriquetrum incano-villosum. Styli tres, bifidi, stigmatibus obtusis. Capsula subgloboso-tricocca, tandem fuscescens, villosa, trilocularis, maturitate dissiliens; loculis monospermis extrorsum convexis, demum calvescentibus, introrsum compressis, seminibus oblongis, ovato-subtriquetris, nudis, rugosis, dilute nigricantibus, opacis. Lactescens.

60. Euphorbia *peplis*.

Euphorbia caulibus procumbentibus, iterato dichotomis, glabris; foliis oppositis, oblongo-subovatis, oblique semicordatis, integerrimis; floribus solitariis axillaribus.

Euphor-

Euphorbia dichotoma, foliis integerrimis, ſemicordatis, floribus ſolitariis axillaribus. *Linn.* Syſt. pl. p. 652. N. 26. *Scopol.* Fl. Carn. 2. Tom. 1. p. 340. N. 583. ſub Tithymalo. *Gerard.* Gallopr. p. 536. N. 2. etiam ſub Tithymalo. *Gouan.* Fl. Monſp. p. 174. N. 2. *Allion.* Fl. Ped. I. p. 283. N. 1031. *Hudſon.* Fl. Angl. I. p. 207. N. 1.

Peplis. *Cluſ.* hiſt. p. CLXXXVII. bene. *Jo. Bauh.* III. p. 668.

Peplion. *Dalech.* p. 1659.

Tithymalus maritimus, folio obtuſo, aurito rubro perinde ac caule. *Zannichel.* hiſtor. lit. Venet. p. 260. N. 4. Tab. 68. male confundens cum Euph. peploide foliis acutis. Tab. 199.

Tergeſti ad maris littora verſus Servola. Julio et Auguſto.

Radix annua, teres, filiformis, ut plurimum ſimpliciſſima, gracilis, tamen duplo, quam chamaeſyces, craſſior, nuda, albens, tandem verſus ſuperficiem terrae rubens. Ex ea caules aliquot (ut plurimum quatuor, quinque aut et ſex) duorum, triumve pollicum, teretes, nudi, iterato dichotomi, primum virides, tum obſcure rubri, per terram procumbentes, foliis duntaxat ad dichotomiarum ramos obſiti oppoſitis, breviter petiolatis, oblongo-ſubovatis, baſi oblique ſemicordatis, ſubpulpoſulis, planis, integerrimis, apice obtuſis, aut quandoque retuſo-emarginatis, utrinque nudis et viridibus, per oras tamen rubentibus, dum cum tempore obſcure rubeant, denique, ſtria elevata longitudinali inferne exaratis. Flores in dichotomiarum foliorumque axillis ſolitarii, breviter pedunculati, pedunculo rubro. Calyx monophyllus quadrifidus, ovatus, inflatus, nudus, primum viridis, tandem ruber. Corolla tetrapetala, petalis ſubovatis, patentibus, gibbis, ſupra ſaturate rubris, integris, per oras albo-ciliatis. Stamina multa, ſucceſſive ultra calycem eminentia, filamentis albis, demum rubentibus; antheris didymis, ſaturate flavis. Germen pedunculatum, pedunculo rubro, extra calycem exſertum, primum viride, nudum, tandem rubrum, globoſo-ſubtriquetrum. Styli tres bifidi rubri, ſtigmatibus obtuſis. Capſula globoſo-tricocca, nuda, trilocularis, loculis monoſpermis. Laeſa lacteſcens.

61. Euphorbia *ſaxatilis.*

Euphorbia umbella ſubquinquefida, bifida; foliis obtuſe lanceolatis integerrimis; involucellis cordato-reniformibus, capſulis glabris.

Euphorbia ſaxatilis. *Jacqu.* Fl. Auſtr. IV. p. 23. Tab. 345.

In montibus Baadenſibus, locis apricis arenoſis ſaxoſis, copioſe ad radices Montium prope Tolmezzo.

Plan-

Plantula perennis, vix dimidiae ſpithamae, e radice lineam craſſa, ligneſcente, ramoſa, extus ex rufo-fuſca, caules effert plures, itidem perennantes primum praeciſe folioſos, teretes, glabros, glaucos, foliis undique et denſe ſparſis obſitos; demum obſcure rubros, foliisque delapſis tuberculato-cicatrizatos, ſubligneſcentesque, ex horum exaridorum apice, altero demum anno roſula foliorum denſe ſubimbricatorum, erecto-patentium, una cum centrali novo floriferoque cauliculo bipollicari circiter exoritur. Folia tam roſulae, quam novi caulis oblonga ſunt, obtuſe lanceolata, ſcilicet baſin verſus anguſtiora, apicem contra verſus nonnihil lateſcentia, obtuſa, integerrima, carnoſula, nuda, glabra, glauca, erecto-patentia, quinque aut ſex lineas longa, unam aut ſemialteram lata; ea roſulae iis reliqui caulis longiora. Caulem terminat umbella florens ſimpliciſſima, radiorum quinque (interdum etiam non niſi quatuor, aut trium; ideo ſubquinquefidam dixi) foliolis ſuffulta quinque ſubcordato-orbiculatis integris, ſeſſilibus reliquorum foliorum colore. Radii ſinguli ſemel modo bifidi, et diphylli; involucellis reſpective amplis, ſeſſilibus, cordato-reniformibus, integerrimis, reliquorum foliorum colore. Flos ſeſſilis intra extima bina involucella fertilis, hermaphrodita. Calyce ſubcampanulato monophyllo inflato, e viridi flavente quadrifido, nudo, (centralis umbellae maſculus quinquefidus) corolla tetrapetala patens, petalis lunato-bicornibus flaventibus gibbis. Stamina copioſa de more tandem exſerta, antheris flavis. Germen pedunculatum exſertum, ovato-ſubtriquetrum, nudum, viride. Styli tres apice bifidi, ſtigmatibus revolutis. Capſula ovata, tricocca, trilocularis, nuda ſeu glabra: loculis monoſpermis.

62. Euphorbia *paralias.*

Euphorbia umbella ſubquinquefida, bis terve bifida; foliis carnoſis linearibus ſurſum imbricatis; involucellis orbiculatis concavis; capſulis glabris rugoſis.

Euphorbia paralias umbella ſubquinquefida, involucellis cordato-reniformibus; foliis ſurſum imbricatis. *Linn.* Sp. pl. p. 657. N. 43. *Jacqu.* hort. Vind. II. p. 88. Tab. 188. *Smith.* Fl. Brit. II. p. 516. N. 5. *Hoſt.* ſynopſ. p. 263. N. 11.

Tithymalus paralias. *Lobel.* Obſ. p. 191. *Dodon.* Pempt. p. 370. *Dalech.* hiſt. Lugd. p. 1647. *Jo. Bauh.* hiſt. III. p. 675. *Barrel.* hiſt. p. 7. N. 56. Tab. 886. *Zannichel.* p. 259. Tab. 40.

Florentem Julio in arena mobili legi ad Aquas Gradatas. In reliquo quoque Littorali.

Radix perennis, craſſe fuſiformis, ſpithamalis, brachiata, alba, ſubligneſcens. Ex ea praeter floriferum caulem, aliquot praeterea breviores pure folioſi,

foliosi, altero demum anno umbellas daturi. Copioso turgent omnes lacte, simplicissimi, normales, pedales, cubitalesve, firmi, farcti, teretes, glaberrimi, inferne saturate rubri, et e delapsis foliis cicatrizati; inde sursum versus e viridi glaucescentes, foliisque dense undique obsiti, sursum imbricatis, oblongis, plus minus pollicaribus, carnosis, lineari-acutiusculis, supra planis, dorso convexis, sessilibus, glaberrimis, e viridi glaucescentibus, per aetatem subflavescentibus; imis semper, quam superiora, brevioribus, angustioribusque; gradatim sursum versus increscentibus. Caulem umbella terminat erecto-patens, e glauco virore flavens, interdum quinquefida pentaphylla, saepe quadrifida tantum, imo et non nisi trifida; radiis semper constans teretibus, glabris, bis, aut ter, rarius quater bifidis. Involucri foliola quinque, quatuor, aut tria duntaxat, ovata, obtuse acutiuscula, integerrima, erecto-patula, reliquis foliis breviora, latiora tamen, caeterum similia. Involucella omnia diphylla, in sylvestri planta numquam cordata, aut ovato-acuminata, sed foliolis constantia binis ampliuscule orbiculatis, concavo-convexis, carnosis. Flores sessiles, praeter centralem umbellae masculum, omnes hermaphroditi et fertiles. Calyx subcampanulatus quadrifidus, e glauco virore lutescens, nudus, rugosulus, lacinulis limbi ciliatis. Corolla tetrapetala; petalis patentibus, supra gibbis, saturate flavis, obovato-truncatis, retuso-bicornibus, stamina successive exserta, filamentis apice breviter bifidis; antheris didymis flavis. Germen longe pedunculatum, exsertum, nutans, viride, nudum, globoso-triquetrum. Styli tres bifidi; stigmatibus obtusis. Capsula globoso-tricocca, glabra rugosula trilocularis, loculis monospermis. Semina ovata nuda, albido-luteola.

Observ. Non recensui synonymum Scopolii, qui hoc sub nomine Varietatem describit Euphorbiae Cyparissias passim obviam cum rubris involucellis a Jacquinio exhibitam Tab. 435. Sed neque Halleri Tithymalum N. 1055. recepi; etsi Linnaeum citet. Tithymalus ille mihi verius Euphorbiam Gerardianam exprimere videtur; plantam scilicet, quae me olim secundum omnem Rheni longitudinem in Hollandiam usque comitata est.

63. Euphorbia *spinosa.*

Euphorbia umbella quinquefida, simplice; involucris omnibus ovatis, foliisque oblongo-ovalibus integerrimis, caulibus fruticosis.

Euphorbia umbella subquinquefida simplici; involucellis ovatis; primariis triphyllis, foliis oblongis integerrimis; caule fruticoso. *Linn.* Sp. pl. p. 655 N. 37. *Gerard.* Gallopr. p. 537. N. 6. *Allion.* Fl. Ped. I. p. 284. N. 1037.

Tithymalus Epithymi fructu. *Colum.* Ecphr. 2. p. 52. T. 51.

Esula fruticans, seu Pithyusa Romanorum. *Barrel.* p. 7. N. 55. Tab. 197.
Copiose crescit, et floret mensibus Majo et Junio ad rupes calcareas ante antrum San Servolo supra Tergestum.

Radix perennis, spithamam plus minus longa, lineas lata duas, teres, aequabilis, aut et subfusiformis, subbrachiata, lenta, sublignescens, extus fusca, alba intus, radiculis fibrillosis parcius, versus apicem praeprimis, obsita, multiceps; quovis ex capite ad terrae superficiem copiosos effundit caules, simplices, spithamae fere longitudine, (breviores alias) qui marcescentes denique, lignescentesque, in alterum perstant annum, aphylli, obsolete fuscescentes, rigidi, mucronum instar spinosi. Novi, ex emortuis his, ligneisque veterum caulium residuis, ineunte vere, succrescunt, caules, plurimi, simplicissimi, teretes, primum virides, alboque pilosuli, demum ex virore rubentes et decalvati, seu glabri, foliis per omnem longitudinem undique sparsis obsiti, subsessilibus, erecto-patentibus, planis, oblongo-ovalibus, integerrimis, saturate utrinque viridibus, teneris primum albidisque adspersis pilis, tandem nihilominus decalvatis, et glabris, lineam unam, alteramve latis, quinque aut sex contra longis. Unica quemvis ejusmodi cauliculum terminat florum umbella, quinquefida et pentaphylla regulariter (rarius nonnisi trifida aut quadrifida) foliolis involucri oblongo-ovatis, integerrimis, ejusdem caetera cum reliquis caulis foliis coloris habitusque, paulo, quam radii, cum tempore brevioribus. Radii modo quinque, erecto-patentes; cum intermedio pedunculato flore masculo pentapetalo, unicum apice florem, duo inter involucelli foliola breviter pedicellatum proferentes hermophroditum, fertilem; foliola haec ovata integerrima, saturate viridia, delapsis infantiae villulis glabra, flore duplo longiora. Calyx dilute flavens, nudus extus, campanulatus quadrifidus, lacinulis ovatis margine ciliatis; corolla quadripetala, petalis patentibus semiorbiculatis integris, gibbis, saturate supra flavis. Stamina multa, tandem exserta, antheris luteis didymis. Germen pedunculatum, exsertum, ex pedicello nutans, ovato-triquetrum, primum viride, villulis albidis, demum cadivis, adspersum, stylulisque rufescentibus persistentibus echinatum verius, quam verrucosum. Styli tres longiusculi terminales, bifidi; stigmatibus obtusis revolutis. Capsula ovata tricocca echinato-muricata, trilocularis, loculis monospermis. Lac ex quavis plantae parte laesa album. Cum tempore ex summis caulis foliorum axillis unus, aut alter ramulus, seu verius radius nudus aphyllus simplicissimus enascitur, nullam ferens umbellam, sed simplicissimum inter duo involucelli foliola florem. An non hanc pro Pithyusa habuit Scopoli? Synonymum Columnae, tam Linnaeus, quam Allionius Euphorbiae Epithymoidi tribuunt; perperam tamen id, huc enim praecise, ut probe adnotavit Barrelierius, pertinet. Minus bene, ut recte Allionius observat, La Markius spino-

spinosam cum epithymoide (quae diversissimae inter se) conjunxit: Et cur tamen La Markium ad utramque citat? Barrelierii folia admodum parva sunt; adposuit tamen unicum ad latus in naturali magnitudine.

64. EUPHORBIA *myrsinites.*

Euphorbia umbella multifida, bis terve bifida; foliis sessilibus carnosis lanceolatis integerrimis sursum imbricatis; involucellis cordato-reniformibus, capsulis nudis.

Euphorbia umbella suboctofida bifida; involucellis subovatis; foliis spatulatis patentibus carnosis mucronatis, margine scabris. *Linn.* Sp. pl. p. 661. N. 56. *Gerard.* Gallopr. p. 541. N. 19. *Gouan.* Fl. Monsp. p. 177. N. 17. *Allion.* Fl. Ped. I. p. 289. N. 1056.

Tithymalus Myrsinites. *Matthiol.* Comment. p. 539. male. *Lobel.* Obs. p. 192. Adv. p. 152. aliquantum melius. *Clus.* Hist. p. CLXXXIX. cum Lobelii figura. *Joh. Bauh.* hist. III. p. 674. *Tabern.* Hist. p. 989. *Dodon.* Pempt. p. 369. *Barrel.* p. 6. Icon. 1200. Non bene.

Tergesti undique in collibus, montibusque adsitis, Julio florens. Item, utrinque ad Trajectum Lisoncii, itinere ab Aquileja versus Monfalcon; sed nuspiam frequentior, quam in Karscho, itinere ex Monfalcon per Santa Croce versus Prossecum, Duinum, Sestianam, et Obzinam. Item intra Corneal, et Schenoschez, ut mirer diligentiam Scopolii effugisse.

Illico vel eminus dignoscitur caulibus ex eadem radice usque decem caespitose enascentibus, spithamam, aut semialteram longis, erectis, (nisi ultima in aetate decumbant) teretibus, farctis, laevibus, basi quidem rubentibus, cicatrizatisque, inde nihilominus usque ad umbellam, una cum foliis, glaucis, seu albido-virentibus; umbella contra terminali, quanta quanta est, partibus scilicet omnibus, saturatissime flava. Radix ei perennis, spithamalis, crassiuscula, subfusiformis, brachiata, fibrillis aucta, recta aut oblique etiam horizontalis, firmiter haerens, extus fuscescens, lentissima, ac tandem sublignescens. Caules ex ea copiosi, pennam scriptoriam crassi, foliis fere a basi, ad umbellam terminalem usque, undique quidem sparsis, stipate tamen, obsiti, sursumque, ut in Euphorbia Paralias imbricati, ita ut de caule prae foliorum multitudine videatur nihil, nisi quidem sub umbella, sub qua folia summa, sub acuto, aut etiam recto angulo a caule discedunt denique. Folia oblonga, unum semialterumve pollicem longa; duas tresve lata lineas, lineari-aut simpliciter lanceolata, obtuso fine, cum prominente cuspidula, integerrima, carnosa, supra plana, subtus convexa, sessilia, erecta, sursum subimbricata, glabra, nuda, laevia, glauca. Umbella unica terminalis; nec rami ulli; serius tamen ex

 axillis

axillis foliorum fupremorum radii fimplices, femel bifidi, floriferique, radiis umbellae principalis, ipfo etiam colore fimillimi. Eft ea erecto-patens, multifida, radiis octo, novem, decemve, faturate flavis, bis, terve bifidis; involucro univerfali polyphyllo, foliolis feffilibus, latiufculis, contractius, aut oblongius ovatis, integerrimis, tot, quot radii, glabris, ex glauco-virore flavicantibus. Involucellis contra diphyllis; foliolis amplis, feffilibus, ex cordata bafi reniformibus. integerrimis, membranaceis, nec uti in Euph. Paralias, carnofis, faturatiffime flavis; quandoque etiam ex fubcordata bafi rotundato-fubtrigonis; extimis fubcordato-acutiufculis. Flores fubfeffiles; primarii mares; fteriles, reliqui hermaphroditi fertiles. Calyx turbinato-campanulatus, femper quadrifidus, erectus, nudus, dilatius flavens, lacinulis limbi erectis, acutis margine albo-ciliatis. Corolla femper quadripetala, patens; petalis carnofis, faturatiffime flavis, latiufculis, obtufiffime lunato-bicornibus. Stamina copiofa albido-luteola, fucceffive exferta, apice bifida, antheris gemellis rotundis, flavis. Germen exfertum, pedunculatum nutans, ovato-fubtriquetrum, glabrum. Styli tres luteoli, breviter apice bifidi. Stigmatibus obtufiufculis. Capfula globofo-tricocca, glabra, trilocularis, loculis monofpermis, feminibus glabris ovatis. Lacte copiofo turget planta omnis.

Videtur mihi hanc intellexiffe Seguierius Veron. I. p. 154. N. 3. Tab. 3. f. 1. Nil tamen decido. Videtur mihi etiam Scopolii Euphorbia Seguierii a feguieriana planta diverfa. Quid vero tum Allionius? qui utramque proponit, nempe et Euphorbiam Myrfiniten L. et Euphorbiam Seguierii Scopolii? Veronenfes decidant.

65. Euphorbia *characias.*

Euphorbia umbella multifida, dichotoma; involucellis perfoliatis, pelviformibus integris; foliis acute lanceolatis byffino-tomentofis; capfulis molliter pilofis.

Euphorbia characias umbella multifida, bifida, involucellis perfoliatis emarginatis, foliis lanceolatis integerrimis, caule perenni. *Linn.* Sp. pl. p. 662. N. 61. *Jacqu.* Coll. I. p. 57. N. 87. Icon. 89. *Smith.* Fl. Britt. II. p. 521. N. 12.

Tithymalus characias I. *Cluf.* hift. p. CLXXXVIII. *Matthiol.* Comm. p. 539.

Maxima in copia prope Contovello inter Tergeftum et Duinum, intra rupes verfus mare fpectantes, florens primo vere, grato fpectaculo ob florum multitudinem.

Radix perennans, craffe fufiformis, brachiata, fublignefcens; unum pluresve quotannis caules proferens cubitales, et ultra, fimpliciffimos, auricula-

cularis, interdum et pollicaris crassitudine digiti, teretes, farctos, erectos, copioso, ut tota planta, turgidos lacte; inferne tandem rubentes, aphyllos, merisque transversis cicatricibus undique notatos, ex foliorum annotinorum delapsorum vestigiis, et laeves; sursum versus virentes, molliter, breviterque, holoserici ad instar, tomentosos, densissimeque foliosos. Folia undique dense sparsa, ut de caule parum videas, suntque firmula, acute lanceolata, integerrima, oris tantisper revolutis; primum erecta, tum erecto-patula, tandem deflexa, tripollicaria, quatuor fere lata lineas, supra absque nitore viridia, incana subtus; utrinque dense brevissimeque byssino-tomentosa, mollissima attactu. Terminatur caulis umbella multifida, ex radiis bipollicaribus, dichotomis, erecto-patulis; sub qua ex singulis superiorum foliorum alis singuli, simplicesque, et ipsi dichotomi exoriuntur radii, extimorum similes. Radii omnes molliter, byssinoque tomentosi, virides. Involucrum universale polyphyllum, foliolis oblongo-obovatis, viridibus, integris byssino-tomentosis, tandem deflexis. Involucella dichotomiarum, et florum flava, pelviformia, concava, integerrima, perfoliata, extus orisque brevissime tomentosula, serius glabrescentia. Flores in dichotomiarum alis abortientes; in extimis contra involucellis fertiles, sessiles, involucellis ipsis breviores. Calyx viridis byssino-tomentosus. Petala quatuor, retuso lunata, patentia, saturate primum flava, serius atro-rubentia. Stamina corollis longiora, flavida; antherae didymae concolores. Capsula pedicellata, extra corollam pendula, byssino-tomentosa. Semina glabra nitentia.

Synonymis post Clusium adde: Tithymalus amygdaloides, sive characias. *Jo. Bauh.* hist. III. p. 672.

Observ. Villarsius caules repentes! habet.

66. Myrtus *communis*.

Myrtus foliis oppositis, sessilibus, ovato-lanceolatis, glabris, laurinis; pedunculis monofloris, axillaribus, oppositis, solitariis, aut binatis.

Myrtus communis italica floribus solitariis, involucro diphyllo. *Linn.* Sp. pl. p. 673. N. 1. *Gerard.* Gallopr. p. 460. N. 1. *Scopol.* Fl. Carn. II. P. I. p. 341. N. 1. *Allion.* Fl. Pedem. II. p. 137. N. 1791. *Host.* Synops. p. 270. N. 1.

Myrtus vulgaris. *Joh. Bauh.* hist. I. p. 510. *Matthiol.* Comment. p. 129.

Circa Duinum; etiam in Istria; frequens in Insulis sinus Flanatici Cherso, Osero, Arbe, Veglia.

Arbor humanae plus minus altitudinis, copiose ramosa ramulosaque. Cortex recentium ramorum obscure ruber, et glaber, halitu serius cinerascente

 obdu-

obducitur. Folia opposita, sessilia, ovato-lanceolata, acuta, integra, glabra, firma, laurina, pollicem plus minus longa, quatuor quinqueve lineas medio ventre lata. Pedunculi florum axillares, vix longitudinem foliorum aequantes, erecto-patentes, communiter et ipsi oppositi, interdum alterni, solitarii, vidi tamen et habeo binos quavis ex opposita axilla enatos, monoflori, firmiusculi, e viridi rufescentes, glabri. Germen inferum, ovatum, nudum, viride, coronatum calyce vel in eadem arbore quadri- et quinquephyllo, brevi, foliolis persistentibus, subcoriaceis, obtuse ovatis, viridibus, nudis. Corolla et ipsa quadri- aut pentapetala, petalis magnis, obovatis, albis, patentibus, cadivis. Stamina numerosissima, petalorum fere longitudine, haerentia annulo protuberanti baseos internae calycis, alba, filiformia; antherae parvae, subrotundae, didymae, luteae. Stylus longus, filiformis, albus. Stigma obtusum. Bacca breviter ovalis rufa, glabra subtrilocularis, polysperma, seminibus reniformibus, dissepimento haerentibus. Odor florum gratus.

67. PUNICA *Granatum.*

Punica foliis oppositis, obtuse ovali-lanceolatis, integris, subsessilibus, nitentibus, caule arboreo; spinis ad ramulorum exortum rectis.

Punica Granatum foliis lanceolatis, caule arboreo. *Linn.* Sp. pl. p. 676. N. 1. *Scopol.* Fl. Carn. II. P. I. p. 341. N. 585. *Gerard.* Gallopr. p. 460. N. 1. *Allion.* Fl. Pedem. II. p. 140. N. 1804. *Host.* synops. p. 271. N. 1. *Villars.* Delph. III. P. I. p. 530. N. 1.

Punica spinosa foliis nitentibus ellipticis integerrimis, floribus sessilibus. *Haller.* hist. II. p. 36. N. 1098.

Punica Malus. *Dalech.* hist. p. 303.

Goritiae, Salcani, Duini, Tergesti, Flumine.

Arbor staturam hominis paullo excedens, trunco recto, brachii fere crassitudine, multiplicato-ramosa, ramulis ultimis brevibus, cortice rubro, basi spina recta suffultis. Folia in iis opposita, subsessilia, oblonga, ovali-lanceolata, integra, plus minus acutiuscula, aut obtusa, glabra, nitentia. Flores sparsi, magni, sessiles. Germen inferum, obovatum, coriacea, rubra, glabra epidermide; coronatum calyce penta-hexa-aut heptaphyllo, persistente, foliolis acute triangulis, coriaceis, glabris, extus rubris, patentibus. Corolla magna, erecto-patens, petalis ruberrimis, calycinis, rotundato-obovatis, integris, quam calycini dentes longioribus. Stamina plurima calycina, rubra, subulata, antheris ovatis albidis. Stylus crassus, simplex, staminum longitudine, ruber; stigma capitatum subvirescens. Pomum rotundum pericarpio coriaceo, rubro, glabro, multiloculari, continente singulis in loculis granum rubrum angulato-rotundum, acidulum, aut dulce.

68. PAU-

68. Prunus *laurocerasus*.

Prunus floribus racemosis; foliis laurinis sempervirentibus oblongo-ovalibus, laxe serrulatis, subtus glandulosis.

Prunus floribus racemosis; foliis sempervirentibus, dorso biglandulosis. *Linn.* Sp. pl. p. 678. N. 5.

Lauro-cerasus. *Clus.* hist. I. p. 4.

Goritiae prope synagogam Judaeorum, vulgo Gheto, tum et in Braida Capucinorum, copiosissime vero in horto olim Comitis Rabatta; floret in fine Aprilis.

Frutex perennans, in arborem denique plus quam decempedalem abiens, copiose ramosam, trunco est firmo, recto, cortice ex virore fuscescente obducto; ramis erecto-patentibus, viridibus, glabris. Folia per ramos laxe alternantia, plus minus tripollicaria, pollicem lata, oblongo-ovalia, aut et ovali-lanceolata, plana, crassa, firma, laurina, perennantia, glabra, supra saturate viridia, et nitentia, subtus pallide e flavo-virentia, nervosa, opaca, per oras laxe serrulata, brevi crassoque petiolo nixa; foveolis glanduliferis inferne ad costam, ternis, quaternis, rarius quinis, fere tamen semper, quam duabus, pluribus notato. Racemi florales magni, elegantes, singuli ex singulis annotinorum foliorum axillis erecti, copiose et stipate floribus obsiti; Flos quisque breviter et crasse pedunculatus. Calyx campanulatus obtuse quinquangulus, crassiusculus, albidus, subrugosus, nudus, apice quinquedentatus, denticulis parvis, reflexis. Corolla pentapetala; petalis niveis, suborbiculatis, integris, concavis, brevissimo unguiculo calyci haerentibus, patentibus, subreflexis, cadivis. Filamenta calycina, corollis longiora, patentia, subulata, alba, plurima. Antherae subrotundae, didymae, polline albo. Germen in calyce inflato sessile, subrotundum, viride, laeve. Stylus teres crassiusculus erectus albus, staminum longitudine. Stigma obtusum, planiusculum, lutescens. Drupa ovata nigra, nuda, pulposo-succulenta; Nuce oblongo-ovata, breviter acuminata. Odor nullus. Sic Anno 1761. descripsi Goritiae 24. Aprilis.

69. Rosa *gallica*.

Rosa germinibus ovatis, pedunculisque hispido glandolosis; caule petiolisque aculeatis, hispidoque glandulosis; calycibus pinnatis, foliis rotundis serratis glabris.

Rosa gallica germinibus ovatis pedunculisque hispidis; caule petiolisque hispido-aculeatis. *Linn.* Sp. pl. p. 704. N. 8.

Rosa rubra, flore jam valde pleno, jam semipleno, aut simplice. *Joh. Bauh.* hist. II. p. 34.

Rosa

Rosa Tertia, flore odoratissimo, rubore saturate puniceo. *Dodon.* Pempt. p. 187.

Tergesti in Monte, qua Obzinam itur, ad sinistram viae, haud procul a domo suprema magna solitaria, ubi vinum transeuntibus divenditur. Majo et Junio.

Frutex humilis, in ramos quaquaversum diffusus, e decubitu adscendentes. Caulis ramique lignosuli, duriusculi, e viridi serius obscure rubri. Annotini aculeis recurvis parce, tamen semper aliquibus, obsiti; Annui recentesque ex glandulis viscidis, stipitatis hispidi, cum intermixtis sparsim aculeis: Folia impari-pinnata, jugis binis, cum impare; subsessilia; inferiora superioribus minora; omnia tamen rotundata, firmiuscula, haud profunde, satisque obtuse serrata; supra obscure viridia et glabra; subtus pallidiora, viridi-subincana, rachique et venis brevissime per microscopium pubescentia. Odorata an sint? natali in loco explorare neglexi. Petiolus, seu communis pinnarum axis glandulis simul stipitatis hispidus, et aculeis recurvis, quam in caule tenerioribus parce obsitus, stipula basi alatus foliacea, viridi, bifida, oblonga, segmentis acutis divaricatis, per oras glandulis stipitatis ciliatis. Flores solitarii, pedunculati, pedunculo ex glandulis stipitatis viscidis flavo-rubentibus hispido. Germen inferum, ovatum, serius subrotundum, conferte undique glandulis stipitatis viscidis hispidum. Calyx segmentis quinque oblongo-ovalibus, caudatis, alternatim pinnatis, indivisisque, dorso marginibusque ex glandulis stipitatis, hispidis, constans. Corolla magna amoenissime odorata, pentapetala, petalis emarginata obcordatis saturate rubris. Stamina cum antheris flava. Stigmata flava albo-villosa, brevia.

Observ. Petala longiore tempore intra chartas siccata, subtus, et centrum versus superne obscure aurantiaco-flava facta sunt.

70. Rosa *sempervirens*.

Rosa germinibus subglobosis, pedunculisque subcymosis, glanduloso-hispidis, serius glabrescentibus; caule decumbente, petiolisque aculeatis; calycibus indivisis; foliis ovato-acutis, serratis, glabris, firmis, sublaurinis.

Rosa germinibus ovatis, pedunculisque hispidis, caule petiolisque aculeatis. *Linn.* Sp. pl. p. 704. N. 9.

Rosa sempervirens Jungermanni. *Dillen.* Hort. Eltham. Tab. 246. f. 318.

Rosa sempervirens Clusii. *Joh. Bauh.* hist. II. p. 48.

Ter-

Tergesti retro Lazareto sporco ad radices montium in mare decurrentium in apricis, fruteta inter, frequens. Ni fallor, et olim in Monte Slivinza ad Lacum Zirchniz.

Frutex undique decumbens et prostratus, ramosus, diffusus. Caules ramique teretes, lignescentes, virides, dein rubentes, glabri, aculeis recurvis, firmis, rubris, sparsim obsiti. Folia alterna, impari-pinnata, jugis duobus communiter, parcius ternis, cum impare, ovato-acuta, subsessilia, utrinque glabra, oris serrata, firma, sublaurina, supra saturatius, subtus non nisi pallide et aquose viridia. Petiolus sive axis pinnarum communis, aculeis minoribus quam in caule obsitus, basi stipula foliacea oblonga, apice bifida, alatus; segmentis lanceolatis, divergentibus integris, serrulatis, interdum glandulosociliatis. Flores tres, quatuor aut quinque, ex eodem fere exortu, foliolis aliquot basi involucrati; singuli longius pedunculati; pedunculis ex glandulis stipitatis hispidis; dum, evanescentibus denique mollibus hisce spinulis, maximam partem glabrescant. Germina infera subglobosa, primum ex glandulis subsessilibus hispidula, serius glabra. Petala corollae quinque, magna, alba, obcordata, odora. Calyx coriaceus, in quinque segmenta ovato-lanceolata, indivisa sectus, extus villis decumbentibus pubescens. Stamina plurima alba, antheris flavis, columna stylorum erecta, staminum fere longitudine, stigmatibus sub apice albo-villosis.

71. Rosa *spinosissima*.

Rosa germinibus subrotundis glabris, caule, petiolis, pedunculisque spinulis rectis undique obsitis; calycibus indivisis; foliis subovatis serratis, utrinque glabris.

Rosa spinosissima germinibus ovatis glabris, pedunculo, caule, petiolisque aculeatissimis. *Linn.* Sp. pl. p. 705. N. 14. *Oeder.* Fl. Dan. Tab. 398. *Roth.* Fl. Germ. II. P. I. p. 555. *Scopol.* Fl. Carn. II. Tom. I. p. 353. N. 606. *Lumniz.* Fl. Poson. p. 207.

Rosa spinis rectis, confertis, foliis novenis, glabris, pomis et petiolis subspinosis. *Haller.* hist. II. p. 40. N. 1106.

Rosa campestris odorato flore. *Clus.* hist. p. 116.

Rosa dunensis species nona. *Dodon.* Pempt. p. 187.

Rosa pumila spinosissima foliis Pimpinellae glabris, flore albo. *Jo. Bauh.* hist. II. p. 40.

In sylvis Carnioliae montanis Idriensibus; frequens in Montanis circa Viennam, etiam in sylvis montanis, quantum memini, Praxensibus.

I Fruti-

Fruticulus humilis, fesquipedalis, in ramos diffufus fimilis Rofae alpinae. Caulis gracilis, lignefcens, e viridi obfcure ruber, una cum ramis conferte undique obfitus, non aculeis incurvis, fed fpinulis acicularibus rectis, rigidulis, inaequalibus, horizontalibus, normaliter cauli infiftentibus. Folia impari-pinnata, jugis tribus quatuorve cum impare, jam minora, alias majora, rotundata, ovata, five et ovalia, plerumque obtufa, feffilia, ferrata, utrinque glabra, fupra laete viridia, fubtus pallidiora. Petiolus feu communis pinnarum axis fpinulis, quam in caule minoribus, paucioribusque, rectis tamen, et magnam ferius partem cadivis obfitus; bafi ftipula foliacea oblonga bifida alatus; fegmentis ovato-lanceolatis ferrulatis, aut et glanduloso-ciliatis. Flores folitarii; pedunculo, parcius quam caulis, fpinulofo, fpinulis per aetatem deciduis, ut ferius glaber inveniatur. Germen primum fubovatum ferius rotundatum, et fubglobofum, glabrum, maturitate nigrum. Calycis fegmenta ovato-lanceolata, caudata, indivifa, quandoque uno alterove foliolo anguftiffimo appendiculato, ut tamen pinnatum haud dici mereatur. Petala obcordata, alba, centrum verfus aquofe flavicantia. Stamina copiofa alba antheris flavis. Stigmata fub apice albo-villofa. Odor gratus.

Synonymis adde poft Lumnizerum: *Pollich.* Palat. II. p. 53. N. 487.

72. Rosa *glaucefcens.*

Rofa germinibus globofis glabris; pedunculis calycibusque indivifis hifpido-glandulofis; caule petiolisque aculeatis; foliis ovato-acutis ferratis, utrinque glabris.

Rofam hanc, nifi peculiaris Rubiginofae fit Varietas, defcriptam nufpiam fcio. Quoties in Valle Malnizenfi, Taurerum confcenfurus cognominem, fueram, fui vero diverfis Julio Auguftoque annis pluries, femper fruteta inter in fepibus fecus viam, immutatam inveni. Curiofe itaque, quibus ab aliis differre videbatur, adnotavi characteres: Caninae, rubiginofaeve ad inftar Rofae, ad quinque fexve usque pedes, in fepibus frutex adfcendit ramofiffimus; Caule ramisque eft lignefcentibus, e viridi tandem obfcure rubris, halituque perfaepe glaucefcente oblitis; de fe glabris, laevibusque, recurvis tamen, durisque aculeis, rariter fparfis, aut et fubftipularibus, obfitis. Folia impari-pinnata, jugis partim binis, partim trinis cum impare, fubfeffilia, firmiufcula, oblongo-ovata, utrinque glabra fimpliciter per oras ferrata, ferrae dentibus in cartilagineam, brevem, duramque cufpidem dicam? an fpiculam? abeuntibus; Semper ea obfcure absque nitore viridia fupra vidi, fubtus aquofe virentia, ac cum tempore halitu velut e rubro-glaucefcente oblita, numquam ferruginea inftrata rubigine, glandulisve obfita vifcidis. Petiolus five communis pinnarum axis aculeis, quam in caule, minus validis laxe exafperatus, caeterum glaber,

ber, e viridi rubefcens, glauco-pruinatus; bafi ftipula alatus foliacea oblonga, viridi, ferius rubefcente, bifida, fegmentis late lanceolatis, divergentibus, communiter integerrimis, aut parce modo ferrulatis, numquam glandulofo-ciliatis. Flores fuave olentes, ad caulis, ramorumque apicem communiter plures, duo, tres, quatuorve, et amplius, pedunculati, bafi foliolis aliquot lanceolatis integris involucrati; pedunculo e viridi rubro, glandulis ftipitatis hifpido, ferius plus minus glabrefcente. Germen inferum globofum glabrum; non numquam bafi glandulis paucis ftipitatis hifpidum; Bacca tandem glabra, globofa obfcure rubra, et ex rubro, atro-rubente. Calycis fegmenta ovato-acuta, coriacea, longe-caudata, femper indivifa, dorfo fufco-rubentia, hifpidoque glandulofa; fupra marginibusque albo-tomentofa. Petala corollae quinque, obtufe obcordata, rubro-incarnata, centrum verfus albentia. Stamina calycina copiofiffima, alba, antheris flavis. Stigmata brevia, albo-villofula.

Obferv. Odorata folia an fint? inquirere neglexi.

73. Rosa *villofa*.

Rofa germinibus globofis fpinofis; pedunculis hifpido-glandulofis; caule aculeato; petiolis villofis, hifpido-glandulofis, aculeatisque; calycibus fubindivifis; foliis villofis.

Rofa villofa, germinibus globofis aculeatis; pedunculis hifpidis; caule aculeis fparfis; petiolis aculeatis; foliis tomentofis. *Linn.* Sp. pl. p. 704. N. 6. *Roth.* Fl. Germ. II. P. I. p. 556. *Pollich.* Palat. II. p. 49. N. 438. *Villars.* Delph. III. P. I. p. 551. N. 8.

Rofa fpinis rectis, foliis quinis tomentofis, pinnis rotundis fpinofis. *Haller.* hift. II. p. 40. N. 1105.

Rofa pomo fpinofo, folio hirfuto. *Joh. Bauh.* hift. II. p. 38.

In Dumetis frutices inter, zu Sagriz und Döllach im Grofs Kirchheim Julio.

Frutex ad tres quatuorve adfcendens pedes. Caulis inferus annotinus duos craffus lineas, lignefcens, teres, obfcure ruber, glaber, aculeis validis, recta-fubdeflexis, per intervalla fuboppofitis obfitus; annuos profert ramos fibi cum proportione fimiles, quaquaverfum diffufos. Folia alterna per intervalla ordinata impari-pinnata, jugis ut plurimum tribus cum impare, breviffime petiolata, oblongo-ovalia, quam in congeneribus majora, craffiufcula, duplicato-ferrata, utrinque villofa, et ob villos obfolete velut incano-virentia. Communis eorumdem axis feu petiolus villofulus fimul et glandulis ftipitatis hifpidus, aculeisque, quam in caule minoribus, fparfim obfitus, bafi ftipula oblonga foliacea, bifida, et ipfa villofa, latiufcule alatus, fegmentis lanceolatis

 per

per oras glandulis ftipitatis ciliatis. Flores folitarii. Pedunculus conferte undique glandulis ftipitatis hifpidus. Germen globofum fpinis duris rectis undique obfitum, ex eo demum bacca faturate rubra fpinofiffima mefpili fere magnitudine. Calyx fuperus, in quinque fegmenta partitus coriacea ovato-lanceolata, longiufcule caudata, indivifa, uno alterove interdum foliolo laterali brevi anguftoque appendiculato, aut fi malis fubpinnato; omnibus dorfo margineque glandulis fubftipitatis, hifpidulis. Petala corollae quinque rubra, emarginato-obcordata, grate olentia; ftamina plurima alba, flavo-antherifera; ftigmata albo-villofula.

74. Cistus *villofus*.

Ciftus arborefcens exftipulatus foliis ovatis oppofitis, rugofo-reticulatis, petiolatis, hirfutis.

Ciftus villofus arborefcens exftipulatus, foliis ovatis petiolatis hirtis. *Linn.* Sp. pl. p. 736. N. 2.

Ciftus mas quartus. *Cluf.* hift. p. 69.

Ciftus mas Matthioli. *Dalechamp.* hift. p. 222.

Ciftus mas major folio rotundiore. *Joh. Bauh.* hift. II. p. 2.

Copiofus in infula finus Flanatici Cherfo et Ofero, una cum Delphinio ftaphisagria.

Arbufcula humanae plus minus ftaturae. Rami, ramulique oppofiti; Recentes villis albis mollibus exftantibus ftipatiffime obducti; veteres decalvati atro-rubentes. Folia oppofita, petiolata, latiufcule ovata, obfcure crenulata, deficcatione fubcrifpa, craffiufcula, et velut fubcoriacea, fupra obfcure viridia, rugofa, villofa, fubtus venofo-reticulata, copiofe e villis mollibus hirfuta, incano-albida, petiolo brevi exftipulato albido-villofo. Flores verfus ramulorum extremitatem, finguli fingulis ex pedunculis foliolofis, albo-villofiffimis fubcorymbofi, magni, erecti. Calyx majufculus, perfiftens, pentaphyllus, foliis latiufcule rotundato-ovatis, acuminatis, concavis, binis alternis exterioribus, paullulum minoribus, minusque acuminatis, tribus reliquis acumine magis procurrente velut fubariftatis, omnibus dorfo nervofis, obfcure viridibus, villisque albidis mollibus denfe hirfutis. Corolla pentapetala, patens, petalis magnis rotundis, retufo-emarginatis, rubris. Stamina plurima corollis breviora, una cum antheris flava. Germen rotundum; ftylus ftaminum longitudine; ftigmate orbiculato. Capfula ovata, calyce perfiftente cincta, et minor, ut ut groffa, trilocularis, trivalvis, polyfperma.

75. Aco-

75. **Aconitum** *anthora.*

Aconitum caule simplice, foliis tri-quinqueve partitis, segmentis multifido-laciniatis, laciniis anguste linearibus acutis; galea elevata, obtuse fornicata antrorsum acute rostrata; floribus pentagynis.

Aconitum Anthora floribus pentagynis; foliorum laciniis linearibus. *Linn.* Sp. pl. p. 751. N. 7. *Jacqu.* Fl. Austr. IV. p. 43. Tab. 382. *Scopol.* Fl Carn. 2. Tom. I. p. 381. N. 655. *Villars.* Delph. III. P. II. p. 704. N. 2.

Aconitum foliis linearibus, profundissime tripartitis, lateralibus lobis bipartitis incisis, mediis duplicato-trilobatis. *Haller.* hist. II. p. 93. N. 1159.

Anthora vulgaris. *Clus.* hist. p. XCVIII. *Dodon.* Pempt. p. 443.

Goritiae in Montis Sancti superioribus sylvis rupestribus.

Radix perennans plurinapiformis, napis oblongis fusiformibus albido-luteolis fibris undique obseptis. Caulis subcubitalis, erectus, gracilis, firmus, teres, ad intimam medullam fistulosus, simplex, viridis, tomentosulus, serius glabrescens, foliis ad terminalem usque racemum floriferum alternatim conferte obsitus. Folia profundissime tri-quinqueve partita, segmentis multifido-laciniatis, laciniis anguste linearibus, acutis, supra viridibus, glabris, subtus pallidis, aquose virescentibus, nervo elevato exaratis, primum tomentosulis, serius glabrescentibus. Racemus florifer terminalis, erectus, simplex; basi quandoque ex summorum foliorum axillis compositus; racemulis illis principali consimilibus. Flores magni, aquose flaventes, seu ochroleuci, singuli pedunculi proprio tomentosulo, erecto, ad caulem retracto insistentes. Calyx nullus. Corolla inaequaliter pentapetala; summo reliquis majore, altioreque, galeam, cassidemve elevatam, obtuse fornicatam, postice compressam, antice semihiantem, atque sub fornice in rostrum acutum procurrentem, referente, extus utrinque pubente, ac plicis, alternisque rugis concèntricis exarato: Lateralibus intermediis, et ipsis extus pubentibus, latiuscule suborbiculatis, concavo-convexis, conniventibus, striatis: infimis binis aquosioribus, oblongo-subovatis, planis deflexo-porrectis. Nectaria sub galea recondita, eique concentrica, longiuscule pedunculata, mallei-seu lituiformia, semibifida, arcuatim deflexa, albido-lutescentia. Stamina numerosa alba, compresso-subulata, remote tridentata, petalis breviora, antrorsum arcuata; antherae subrotundae, primum lutescentes, tum nigricantes, polline albo. Germina quinque oblonga, pubentia, stylo brevi subulato; stigmata simplicia. Capsulae quinque, oblongae, cylindraceae, univalves, serius glabrae, introrsum longitudinaliter dehiscentes, polyspermae.

Obferv. Synonymis poft Dodonaeum adde: **Anthore flore luteo Aconiti.** *Joh. Bauh.* hift. III. p. 660.

76. CLEMATIS *viticella.*

Clematis caulibus ramofiffimis fcandentibus, foliis compofitis decompofitisque; foliolis ovatis integris, bi-trilobisve.

Clematis viticella foliis compofitis decompofitisque, foliolis ovatis integerrimis. *Linn.* Sp. pl. p. 765. N. 1. *Scopol.* Fl. Carn. II. P. I. p. 388. N. 670.

Clematis altera. *Cluf.* hift. p. 122. *Dodon.* Pempt. p. 406. *Lobel.* Obf. p. 345.

Clematis five Flammula flore caeruleo, et purpureo fcandens. *Jo. Bauh.* hift. II. p. 128. *Zannichel.* hift. 69. Tab. 80.

Frequentiffima in fepibus et fruticofis circa Aquilejam, Villeffium, Duinum, Tergefti etc.

Ex radice perenni craffa copiofe fibrofa, caules ramofiffimi, lenti, fublignefcentes, tereti-angulofi, glabri, ad quatuor quinqueve pedes frutetis illigati fcandentes. Folia ex petiolis communibus oppofitis, et divaricatis compofita, decompofitaque, varie refracta, foliolis obtufe ovatis, integris, glabris, oppofitis, breviter petiolatis, fimplicibus, partim et bi-trilobisve, extimis communiter ternatis. Flores ex foliorum axillis oppofiti, longe pedunculati, uniflori, calyce deftituti; Corolla quadripetala primum nutans, ferius erecta, petalis ante explicationem ovato-acutis conniventibus, poft explicationem obovatis, acumine marginibusque furfum inflexis, patentiffimis, fubcoriaceis, faturate caeruleis, margine exteriore albo-tomentofis. Stamina plurima, corollis breviora, oblongo-ovata caerulea, antheris longis luteis. Germina plurima ovata villo albo denfe obfita. Styli fimplices ftaminibus longiores, nudi, ftigmate fimplice. Semina receptaculo ovato undique haerentia ovata albovillofa, caudata, ftylo perfiftente elongato, nudo. Odor nullus; an folia mafticata urant? obfervare neglexi.

77. THALICTRUM *alpinum.*

Thalictrum caule fimpliciffimo glabro monophyllo, in racemum fimpliciffimum laxe pauciflorum abeunte.

Thalictrum alpinum caule fimpliciffimo fubnudo, racemo fimplice terminali. *Linn.* Sp. pl. p. 767. N. 1. *Oeder.* Fl. Dan. Tab. 11. *Gunner.* Fl. Norv. I. p. 26. N. 41.

In Summitate Taureri Malnizenfis exeunte Julio; non in Leontinis alpibus.

Radix

Radix perennans, duos tresve pollices longa, pennae columbinae crassitudine, subbrachiata, fibrillisque sparsis obsita ramosulis, extus fusca. Folia radicalia tam hujus, quam superioris anni, plurima; in caule non nisi paullo supra basin unicum, radicalibus minus; omnia pollicari de axe petiolari, supra plano, subtus teretiusculo, subbipinnata, jugis pinnarum duobus, cum impare; foliolis parvis, suborbiculatis, breviter subtrilobis, planis, siccis, subcoriaceis, supra saturate viridibus, et prima in aetate pubentibus, serius decalvatis, glabris, nitentibus; subtus aquose albido-glaucescentibus, venisque ramosis rufescentibus, subreticulatis. Caulis gracilis, aciculae grossioris crassitudine duos tresve, nec amplius, altus pollices, normalis, inferne viridis, et subangulosus, sursum versus teretiusculus, et atro-rubens, monophyllus, glaber, in simplicissimum, laxe pauciflorum abiens racemum. Flores sex ad octo, aut decem, laxis inter se ordinati intervallis, exigui, simplices; singuli ex axilla bracteolae ovato-lanceolatae atro-rubentis, breviter pedicellati, et nutantes. Calyx nullus. Corolla quadripetala patentissima, petalis ovatis, concavo-convexis, atro-rubentibus, brevi cadivis. Stamina octo, novem, aut decem, corollis longiora: filamentis capillaribus, albis; antheris oblongis, flavis. Germina quatuor ad quinque, etiam pauciora, oblonga, subovata, sessilia, nuda; stylo nullo; stigmate crassiusculo. Capsulae monospermae, uniloculares, univalves, tot, quot germina, iisdem similes, fuscae. Odorem peculiarem non observavi.

Observ. Pro varietate Thalictri foetidi Hallerus habet; est tamen ab eo specie distinctum.

78. Ranunculus *parviflorus*.

Ranunculus seminibus ad latera tuberculosis; foliis rotundatis, tri-quinque semipartitis, segmentis ovato-acutis, petiolatis, una cum caulibus, molliter hirsutis.

Ranunculus parviflorus seminibus muricatis, foliis simplicibus laciniatis acutis hirsutis, caule diffuso. *Linn.* Sp. pl. p. 780. N. 33. *Allion.* Fl. Ped. II. p 53. N. 1465. *Hudson.* Fl. Angl. I. p. 242. N. 8.

Ranunculus hirsutus annuus flore minimo. *Plukenet.* Alm. p. 311. Tab. 55. f. 1.

Monfalcon in agris vineisque ad Olearum radices praepropere florens.

Annuus. Radix graciliter fibrosa, fibrillis sparsim septa. Caulis inde a radice in ramos diffusus, una cum iisdem decumbens, tres, quatuorve aut quinque pollices longus, teres, striatus, viridis, et e viridi obscure rubescens, molliter, albidoque hirsutus. Folia petiolata, rotundata, plana, tri-aut quinque

quinque semipartita, segmentis obtuse aut acute ovatis, utrinque una cum petiolo molliter et albido hirsuta. Flores parce et laxe sparsi, ex superioribus minorum foliorum axillis solitarii, pedunculati, parvi, erecti, pedunculo, calyceque albido hirsutis. Foliola calycis quinque cadiva, ovato-acuta, vix lineam longa. Petala quinque calycibus subaequalia, dilute flava, anguste obovata, integra, patentia; unguiculo foveola nectarii notata. Stamina multa, corollis breviora. Germina in capitulum collecta sessilia; stylo nullo; stigmate brevi, extrorsum uncinato. Semina ad usque octo erecta, ab invicem divergentia, longitudinaliter semiorbiculata, margine compresso alata, et pubente; latere utroque convexo, tuberculato, nudo; e flavido brunnescentia, terminata mucrone extrorsum uncinato. Odor nullus.

79. TEUCRIUM *Scordioides.*

Teucrium foliis oppositis, sessilibus, ex cordata semiamplexicaule basi, oblongo-ovatis, crenatis, cano-tomentosis; floribus axillaribus geminis pedunculatis.

Teucrium Scordioides foliis oblongis cordatis amplexicaulibus crenatis, lanuginosis, floribus axillaribus pedunculatis geminis. *Schreber* Plant. Verticill. p. 37. N. 30.

Monfalconii juxta fossas, et littus Maris abunde. Etiam a Doct. Vordoni ex Dalmatia olim habui.

Radix perennans, teres, articulata, repens, demissis per genicula fibris. Caules usque cubitales, simplices, aut et ex oppositis axillis ramosi, decumbentes, et e decubitu assurgentes, tetragoni, molliter cano-tomentosi. Folia opposita, sessilia, ex emarginata, semiamplexicaule basi, oblongo-ovata, in ramis minora, ac ovata; obtuse crenata, rugosa, utrinque molliter cano-tomentosa. Flores axillares, oppositi; quavis in axilla duo, breviter et graciliter pedunculati, foliis breviores, pedicellis cano-pilosis. Calyx ovato-campanulatus, semiquinquefidus, hinc basi gibbus, et ipse cano-tomentosus; segmentis aequalibus acute triangulis. Corolla generis ringens; tubulo calycis longitudine; albido; Labium superius nullum, ejus loco auriculae binae parallelae acutae, obliquae. Labium inferius dilute violaceo-rubellum, porrectum, seu patens, trifidum, segmentis lateralibus brevibus, intermedio magno, rotundato, concavo-convexo. Stamina quatuor didynama, exserta, versus labium inferius arcuata, colore labii. Antherae didymae, flaventes. Germina quatuor, aut si vis quadrifidum in fundo calycis. Stylus staminum longitudine, directione et colore. Stigma inaequaliter bifidum acuminatum. Semina quatuor nuda. Odor Allii.

Observ.

Observ. Apud nullum meorum auctorum (dempto hocce Schreberi Opusculo) Teucrium hoc descriptum, aut recensitum invenio.

80. Teucrium *flavum*.

Teucrium foliis oppositis, petiolatis, ovatis, margine crenatis, crispatisque, utrinque byssino-villosis, subtus incanis; bracteis ovalibus integris concavis.

Teucrium flavum, foliis cordatis, obtuse serratis, floralibus integerrimis, concavis, caule fruticoso, floribus ternis. *Linn.* Sp. pl. p. 791. N. 6. *Schreber.* Vert. p. 34. N. 23. *Scopol.* Fl. Carn. II. P. I. p. 415. N. 722. *Host.* synops. p. 318. N. 6.

Teucrium. *Fuchs.* hist. p. 828. f. 829. *Matthiol.* Comment. p. 386. f. 387.

Teucrium vulgare fruticans sive primum. *Clus.* hist. p. 348.

Teucrium multis. *Joh. Bauh.* hist. III. P. II. p. 290.

In montibus versus Ternova Comitatus Goritiensis. Tergesti versus Saule. In Insula Cavorle.

Plantae suffruticosae subcubitali erectae radix perennis, lignescens. Caulis alternis ex oppositionibus ramosus, inferne quidem teretiusculus, sursum versus una cum ramis racemosis, tetragonus, firmus, sublignescens, byssino-villosus, holoserici instar molliter attrectandus, canescens, serius obscure rufescens. Folia, alterna per intervalla, opposita, oblongo-ovata, (nec cordata) in petiolum decurrentia, obtuse crenata, per oras crispula, crassiuscula, utrinque byssino-villosa, tactui molliter holosericea, supra obscure viridia, subtus albido-canescentia. Abeunt tam caulis, quam rami in florum racemum byssino-villosum; floribus ex axillis bractearum oppositarum verticillatis. Bracteae infimorum verticillorum, dempta magnitudine, reliquis foliis similes, ovatae, obtuse crenatae; reliquae ad usque apicem omnes minores, ovales, integerrimae, concavae, byssino-villosae, serius reflexae. Flores ipsi ex singulis bracteis infimorum, et summorum verticillorum simplices, tum gemini; terni in verticillis intermediis; omnes pedicellati; pedicello byssino-villoso, erecto, calyci subaequali; intermedio ternorum paullo altiore. Calyx extrorsum subnutans, byssino-villosus, ex subglobosa basi tubulosus, quinquefidus, lacinulis ovato acutis, subaequalibus, intus quoque villosis. Corolla saturatius, aut dilutius flava, tubuloso-semibilabiata, sat magna, extus villosula. Tuba calycem vix excedente. Labii superioris loco, auriculae sive segmenta bina lateralia anguste linearia, erecta, parallele opposita, e viridi luteola, linea rubra longitudinaliter exarata, staminum longitudine. Labium inferius tri-

 lobum,

lobum, lobis lateralibus brevioribus, flavis, per oras rubentibus; intermedio majore, latiore rotundato, concavo, faucem versus villosulo. Stamina quatuor didynama villosula aquose luteola, erecta, versus labium inferius subincurva. Antherae flavae. Stylus longitudine et directione staminum, stigmate acute bifido. Semina quatuor subglobosa, fusco-nigrescentia, glabra, nitida, nuda in fundo calycis. Odor oleosus non inamoenus.

Observ. Figuram bonam, Rivini et Morisoni operibus destitutus, non novi. Conferantur, quae egregie more suo Schreberus recensuit. An isthuc referri debeat Teucrium Creticum Clusii? seu Chamaedris cretica flore purpureo Tournefortii? non definiam.

81. Stachys *maritima.*

Stachys foliis ovalibus petiolatis crenatis tomentosis; bractealibus sessilibus integris.

Stachys maritima, foliis cordatis obtusis, tomentosis crenatis, bracteis oblongis integerrimis. *Linn.* Mant. I. p. 82. N. 14. *Jacqu.* Hort. Vind. I. p. 29. Tab. 70.

Stachys maritima verticillis sexfloris, foliis radicalibus ovalibus crenatis, summis ovatis integerrimis, corollis calyce duplo longioribus. *Gouan.* Fl. Monsp. p. 91. N. 4.

Sideritis heraclea latifolia. *Zannichel.* hist. litt. p. 247. N. 2. Tab. 19.

In Maritimis circa Monfalcon.

Radix perennis, lenta, fusiformis, brachiata, sublignescens, fibrillis septa. Caulis unam duasve spithamas altus, suffruticosus inferne, et sublignescens, plus minus ramosus, tetragonus, inferne saepe rubescens, caeterum ex villis mollibus albido-tomentosus, e reclini basi surrectus. Folia radicalia, et caulina inferiora petiolata, superiora subsessilia, omnia opposita, oblongo-ovalia, facie foliorum Salviae officinalis aut Betonicae, obtusa, undique crenata, rugosula, e diluta flavedine viridia, utrinque molliter una cum petiolo tomentosa. Caules, ramique, dum adsunt, in brevem interruptam florum verticillatorum spicam abeunt. Verticilli sexflori, suffulti bracteis foliaceis, oppositis, oblongis, obtuse ovali-lanceolatis (praeter infimas) integerrimis, colore et tomento iisdem cum caeteris foliis; exceduntque longitudine verticillos. Calyces sessiles tubuloso-turbinati, compressi, quinquedentati, striis elevatis exarati, tomentosi, corollis duplo breviores; dentibus ovato acutis $\frac{2}{3}$ apice mucronulatis sursum versus non nihil incurvis. Corollae generis, dilute flavae extus tomentosulae tubo brevi; labio superiore erecto, tridenticulato, plano, inferne com-

compresso; Labio inferiore majore, trilobo, lobis lateralibus deflexis, brevioribus; intermedio longiore, emarginato, compresso, porrecto, ad faucem punctulis rubris picto. Reliqua generis. Odor nullus.

82. DIGITALIS *ferruginea.*

Digitalis calycum segmentis ovali - lanceolatis; labio superiore retuso; inferiore corollae longitudine barbato; caule ramoso, foliisque ovali-oblongis glabris.

Digitalis ferruginea calycis foliolis ovatis obtusis, corollae labio inferiore longitudine floris. *Linn.* Sp. pl. p. 867. N. 3. *Allion.* Fl. Pedem. I. p. 71. N. 256. *Host.* Synops. p. 348. N. 3.

Non rara in Insula Cherso, et Osero, copiosissime inter Profecco et Santa Croce.

Radix perennis crasse fusiformis, fibris septa. Caulis cubitalis, aut bipedalis, simplex aut parce ramosus, erectus, firmus, ex decurrentibus foliorum rachi, marginibusque angulosus, viridis, glaber. Folia latiuscule ovali-oblonga, integra, nervosa, plana, alterna, glabra, viridia, subtus pallida et aquose virescentia, inferiora in petiolum decurrentia, superiora sessilia et gradatim minora. Racemus terminalis, spithamam et amplius longus, heteromallus; floribus alternis, ex axilla bracteae foliaceae, breviter pedunculatis, nutantibus. Bracteae lineari - lanceolatae, sessiles, pedunculis florum longiores, serius convolutae, et reflexae. Calyx monophyllus quinquepartitus, viridis, glaber, segmentis oblongis, ovali - lanceolatis, margine albido membranaceis, summo angustiore, erecto - patulis. Flos magnus castaneo - ferrugineus, extus albido - villosus, interne dilutior velut ex luteo, venis anastomozantibus saturatiori pictus, et albo - barbatus. Tubus ejus brevis, calyce duplo brevior, limbus bilabiato campaniformis, victu ampliter gutturoso; labio superiore breviore, retuso - emarginato, sursum reflexo; Labio inferiore, reliquam corollae partem longitudine aequante, patente, porrecto, subreflexo, trilobo; lobis lateralibus brevibus, ovatis, intermedio latiuscule oblongo - ovato. Stamina quatuor didynama, faucis longitudine, inferne curvata; antheris flavis. Reliqua generis. Capsula glabra.

83. OROBANCHE *ramosa.*

Orobanche scapo ramoso, bracteis ternatis, calyce quadrifido.

Orobanche caule ramoso, corollis quinquefidis. *Linn.* Sp. pl. p. 882. N. 4.

Orobanche tertia polyclonos. *Clus.* hist. p. 271.

Orobanche minor purpureis floribus ramosa. *Joh. Bauh.* II. p. 781.

Orobanche caule ramoso, flore quinquepartito. *Haller.* hist. I. p. 130. N. 296.

In agris post messem septembri ad radices Panici sanguinalis, et Cannabis versus Kesslin.

Radicis loco Scapus basi sub terra, oblongi ad instar bulbi, crassescens, farctus, argillaceo-extus flavescens, non nihil obliquatus, nullis imbricatus squamis, fibris tamen teretibus, carnosis, fragilibus, inordinate curvatis, mutuoque intertextis copiose obsitus. Attollitur inde supra terram normaliter ad spithamae plus minus altitudinem, rarius simplicissimus, plerumque ipsa a radice, aut certe haud procul abinde alternatim ramosus; ramis simplicibus, erectis, scapum principem subaequantibus. Est is, perinde ac rami, aquose pallideque argillaceo-flavescens, teretiusculus, obiter ex decurrentibus alternatim striis elevatis, subangulatus, calami scriptorii plus minus crassitudine, villulis albidis exstantibus, quantus quantus est, adspersus, tactui exinde mollis et velut viscidulus, ut ut caetera farctus, et rigidulus. Squamas ovato-acutas, alternatim versus basin sparsas, sessilesque, et ipsas villosulas, concoloresque si demas, aliis obsitus foliis est nullis. Flores ab imo fere ad usque apicem undique sparsi, in longam, laxamque spicam ordinantur. Suntque oblongi, duplo quam in majore Orobanche, graciliores, singuli in singulis bracteis squamaeformibus ovato-acutis sessiles, erecto patentes, extrorsum non nihil fornicato-curvati. Squamaeformem hanc bracteam, calyci subaequalem, et altera ad latus utrinque persimilis, attamen duplo angustior breviorque, et lineari-lanceolata stipat bracteola, non equidem scapo ipsi, verum calycis basi adnata, quo nihilominus non obstante, tres floribus singulis substratas dicas bracteas. Calyx scapo concolor, villosusque, triplo quadruploque corolla brevior, ex urceolata basi subcampanulatus, semiquadrifidus; lacinulis lanceolatis, aequalibus, binis utrinque ad anticum externumque latus sitis; postico, sub galea, nullo; quo calyx loco profundius excisus, seu emarginatus est. Corolla monopetala, ringens, intus extusque villulis exstantibus albis copiose adspersa; tubo oblongo, faucem versus ampliato, basi subgloboso, extrorsum curvato, albo venis caerulescentibus picto. Limbus patens, caelestino-caeruleus; Labio superiore, galeae instar, compresso-fornicato, profunde bifido, segmentis ovatis; Lab. inferiore deorsum flexo, patente, trifido, segmentis ovatis, subaequalibus: a fauce hiante inter segmentum quodvis laterale labii inferioris, et medium gibberes duo oblongi paralleli villorum alborum, barbae ad instar conferte addensatorum, in tubum defluentes. Stamina quatuor didynama, corollae tubo inserta, eoque breviora, faucem haud attingentia; filamentis albis, basi incurvis, caetera rectis. Antherae albae, didymae, incumbentes, lobis hinc

hinc convergentibus crassescentibus, illinc divergentibus attenuatis acutis. Germen ovatum nudum; stylus teres sub labio superiore curvatus, albus, villosus, staminibus nec galea, longior, stigma crassum, capitato-didymum, extra faucem ex albo-caerulescens. Capsula oblongo-ovata, nuda, unilocularis, bivalvis, semina copiosa parva.

84. Trifolium *noricum*.

Trifolium spica terminali globosa hirsuta subsessili; foliolis ovalibus integerrimis, cauleque decumbente simplicissimo dense villosis.

In summitate alpis Kibegensis in apricis herbidis Julio.

Radix vivax, tereti-fusiformis, digiti fere auricularis crassitudine, lenta, lignescens, extus fusca, alba intus, parce fibris septa, caespitose multiceps. Caulis quovis e capite, plurima inter folia, unicus, simplicissimus, numquam ramosus, spithamalis, sublignescens, decumbens, nec nisi e decubitu assurgens, teres, e viridi obscure rubescens, villis canis mollibus densissime obsitus, terminatur spica capituliformi globosa magna densissima, subsessili, hirsuta, alba. Folia per caulem inferiorem communiter duo, ab invicem alterne semota; sub spica terminali primum unicum, dum serius ex ejusdem sinu et alterum subnascatur, priori oppositum. Utraque una cum radicalibus ternata, foliolis ovalibus, integerrimis, supra saturate, pallidius subtus viridibus, utrinque oblique striatis, molliterque cano-villosis. Petiolus floralium communis nullus; illico ex emarginatura stipulae amplexicaulis tumidae, ovato-semibifidae, albido-virescentis, striatae et hirsutae exoriuntur; Radicalium contra, et caulinorum gracilis, teres, longiusculus, e viridi rubescens, molliter cano-villosus; abitque basi in stipulam membranaceam, oblongam, arcte amplexicaulem et vaginantem, albidam, striis rufis exaratam, hirsutam, acuminata semibifidam; hamis lanceolatis, integris, oblique erectis. Spica floralis, magni, crassique instar capituli, subglobosa, summa intra folia subsessilis, dense compacta, multiflora, hirsuta, alba; floribus sessilibus, non absque curvedine erectis, longis, strigosis. Calyx tubuloso-cylindraceus, albido-virescens, striis saturatioribus decem exaratus, hirsutus, ore truncato, et in dentes quinque subulato-setaceos, hirsutos, rectos, tubi longitudine, infimo reliquis paulo longiore, abeunte. Corolla papilionacea, monopetala, plus quam duplo calyce longior, strigosa, recens tota semper alba, erecta, retrorsum parumper curvula. Vexillum alis plus quam duplo longius, erectum, lineare, apice retusum. Alae carina non nihil longiores, integrae, conniventes, hamo accessorio appendiculatae. Carina obtusa, extus alba, intus diluta rubedine suffusa. Stamina decem diadelpha; antheris aurato-flavis. Germen subovatum, nudum. Stylus adscendens; stigma truncatum. Odor nullus.

 Observ.

Obferv. Pro Pannonico habent quidam; alii pro ochroleuco; ab utroque diverfiffimum; propius, meo judicio, ad pratenfe accedit; ad trifolium illud, inquam, flaccidum, odoratum, numquam non ramofum, ubivis obvium; a quo nihilominus differt.

85. TRIFOLIUM *incarnatum.*

Trifolium fpicis villofis obtufe ovato-conicis, aphyllis; ftipulis ovali-lanceolatis; foliolis ternatis, fubfeffilibus, integris, fubrotundo-obovatis.

Trifolium fpicis villofis oblongis obtufis aphyllis, foliolis fubrotundis. *Linn.* Sp. pl. p. 1083. N. 23. *Retz.* Fafc. III. p. 41. N. 88. *Gouan.* Illuft. p. 51. N. 2.

Trifolium foliis fubrotundis, fpicis cylindricis, calycibus plumofis. *Haller.* hift. I. p. 162. N. 374.

Lagopus maximus Lobelii. *Cluf.* hift. p. CCXLVI.

Lagopus major folio trifolii. *Dodon.* Pempt. p. 577.

Trifolium alopecurum latifolium fpica longa. *Barrel.* Tab. 697. optime.

Trifolium albo-incarnatum fpicatum, feu Lagopus maximus. *Joh. Bauh.* hift. II. p. 376.

Lagopum maximum, folio et facie trifolii pratenfis. *Lobel.* Adv. p. 384.

Habui ex Littorali. Frequens Daini, Profecco, Santa Croce.

Plantae annuae radix longiufcula, fufiformis, fibrofis obfita radiculis, anferinae pennae craffitudine: Ex ea fimplex, pluresve caules, ex inferioribus foliorum axillis, ramofi, cubitum plus minus longi, lineam craffi, teretes, ftriati, virides, molli, et canefcente villo, quanti, quanti funt, una cum ramis, foliorum petiolo communi, fpicarum pedunculis, et ftipulis, fat denfe adfperfi. Folia ternata, ampliora quam in plerisque hujus generis, pollicem fere (lineas decem) longa lataque, fubrotunda, five verius latiffime obovata, integra, in infimis duntaxat ex retufiffima emarginatura late obcordata, fupra fubtusque mollibus obfita villis, fubfeffilia in communi (in infimis elongato) petiolo, tereti, fuperne fulcato, exeunte e bifurcatura ftipularum femiamplexicaulium, ovali-lanceolatarum, nervis faturatius viridibus exaratarum. Rami, fi qui, ex inferioribus foliorum axillis, iique cauli confimiles. Spicae florales in caulis ramorumque apice, longius pedunculatae, aphyllae, duos fere pollices longae, ex ovata bafi obtufe conicae, primum erectae, per maturitatem oblique deflexae, villofiffimae. Calyces feffiles, ftriis elevatis decem exarati, pilis canis mollibus longis exftantibus villofiffimi, tubulofo-quinquedentati, corollis fub-

aequa-

aequales; dentibus subaequalibus, tres lineas longis, tubum excedentibus, lineari aristatis, pilosis, erecto-patentibus. Corollae graciles, papilionaceo-monopetalae, calycis dentes vixdum excedentes, vexillo saturate rubro, lanceolato, compresso, alis longiore; alis lineari-obovatis carina non nihil longioribus, rubris; Carina obtusa albido-incarnata. Reliqua ut in congeneribus. Legumen subovatum monospermum.

Observ. Hujus in Fasc. III. p. 41. N. 88. Varietatem putat Cl. Retzius Trifolium rubens, id a vero longe quam alienissimum. Rubenti folia longa, ovali-lanceolata, serrulata, glabra ut totus caulis, stipulae lineari-lanceolatae etc.

86. Trifolium *angustifolium.*

Trifolium caule erecto, stricto, parce ramoso; spicis oblongis subcylindraceis, villosis, calycum dentibus spinosis divergentibus; stipulis lineari-subsetaceis; foliolis linearibus.

Trifolium spicis villosis, conico-oblongis; dentibus calycinis setaceis, subaequalibus, foliolis linearibus. *Linn.* Sp. pl. p. 1083. N. 24. *Scopol.* Fl. Carn. 2. Tom. II. p. 82. N. 929. *Villars.* Delph. III. P. I. p. 485. N. 11. *Allion.* Fl. Pedem. I. p. 305. N. 1104.

Trifolium alopecurum angustifolium elatius. *Barrel.* Tab. 698.

Trifolium angustifolium spicatum. *Jo. Bauh.* hist. II. p. 376.

Tergesti frequens in herbidis; nec Goritiae rarissimum.

Annuum. Radix albida filiformi-fusiformis, fibrillas agens. Caulis ad duas usque spithamas exaltatus, teres, lineam fere crassus, cano, mollique undique villo obsitus, cum tempore rigescens, et firmus; parce ramosus; duos scilicet, tresve, sibi ad amussim similes agens ramos, longa alternaque per intervalla, erecto-patentes, ortos ex axillis stipularum petiolarium membranacearum, pollicarium, albidarum, villosularum, striis elevatis viridibus exaratarum, basi amplexicaulium, seu parte sui aliqua caulem vaginantium, apiceque in hamos duos rectos, divergentes, elongatos, lineari-subsetaceos, villosulos abeuntium; quos inter axis foliorum communis teres, cano-villosus, pollicem plus minus longus enascitur, foliola apice suspendens tria, sessilia, lineari-lanceolata, integra, villoque utrinque cano, et molli obsita, ab uno ad duos etiam, in diversa altitudine pollices longa; lineam, aut sesqui alteram lata. Spica floralis in caule ramisque terminalis, oblonga, cylindracea, obtusa, molliter cano-villosa, semialterum, aut duos pollices longa: exemplaria possideo, in quibus tripollicares sunt, novem, decemve lineas crassae. Flores stipa-

ſtipatiſſime addenſati. Calyx ſeſſilis, primum erectus, per maturitatem patens, tubuloſus, decem ſtriatus cano-villoſus, quinquedentatus, dentibus ex lineari baſi primum ſetaceis, villoſis erectis, per maturitatem patentiſſimis, et in ſpinas aciculares rigidas pungentes induratis; binis ſuperioribus paullo brevioribus, inferioribus tubo calycis ipſo longioribus. Corolla calycinis dentibus inferioribus brevior, ex diluta incarnata rubedine purpuraſcens papilionacea; Vexillum anguſtum, lineari-lanceolatum, compreſſum, adſcendens, alis, magisque carina longius; tetrapetalam inquit Scopolius; mihi monopetala viſa eſt. Stamina, caeteraque ut in congeneribus; Legumen monoſpermum.

87. Trifolium *ſtellatum.*

Trifolium ſpicis oblongo-ovatis, villoſis, aphyllis; calycum dentibus tandem ſtellatim patentibus; ſtipulis ovato-acutis tumidis; foliolis obcordatis, ſerrulatis.

Trifolium ſpicis piloſis, calycibus patentibus; caule diffuſo, foliolis obcordatis. *Linn.* Sp. pl. p. 1083. N. 26. *Scopoli.* Fl. Carn. 2 Tom. 2. p. 80. N. 926. *Villars.* Delph. III. P. I. p. 486. N. 13. *Hoſt.* ſynopſ. pl. p. 414. N. 14. excluſo Cluſii ſynonymo.

Lagopus minor erectus, capite globoſo ſtellato. *Barrel.* Tab. 86?.

Trifolium ſtellatum, purpureum Monſpeſſulanum. *Joh. Bauh.* hiſt. II. p. 376.

Goritiae Junio in arvis et pratis inter Liſoncium et viam Piumenſem; tum circa Duinum etc.

Radix plantae annuae gracilis, filiformi-fuſiformis, fibrillis adſperſa. Caulis plus minus ſpithamalis, craſſitudine Trifolii pratenſis, baſi, aut paulo ſupra baſin in duos tresve ramos, ſibi ſimiles, diviſus, una cum iisdem e reclini aſſurgens, teres, cano-villoſus, longa per intervalla foliis obſitus paucis; florum ſpica ovato-oblonga, aphylla, cano-villoſa, terminatur. Folia tam radicalia, quam caulina, obcordata, utrinque villoſa, ſuperne per oras ſerrulata, duplo iis Trifolii pratenſis, minora, ſeſſilia in apice axis communis teretis, villoſi, ſulco ſuperne exciſi, inferne ſtriati, exeuntis e bifurcatura ſtipularum ſemiamplexicaulium, ovato-acutarum, membranacearum, villoſularum, tumidularum, venisque viridibus bifidis, oblique exaratarum. Axe communi in radicalibus unum ſemialterumve pollicem longo; in caulinis, ſuperiora verſus, magis magisque abbreviato. Spica floralis oblongo-ſubovata, pollicaris, canis undique pilis ſive villis obſita, intermicantibus omni ex parte floribus ex albido-incarnatis; per plenam fructuum maturitatem in capitulum ſphaeroidicum, diametri pollicaris, ruſo-villoſum, ſtellisque quinque radiatis undique circum-

ſcriptum,

fcriptum, tranfit. Sunt nempe calyces feffiles, tubulofo-quinquedentati, cano-villofi, primum erecti, tubo ovato, decemftriato; dentibus quinque aequalibus, tubo longioribus lanceolato-ariftatis, villofiffimis, per maturitatem patentiffimis, ftellasque quinqueradiatas, verticales, ferrugineo-rufum inter villum, formantibus. Corolla papilionaceo-monopetala, albido-incarnata, calycinis dentibus fubaequalis, cadiva. Vexillo, alis, carinaque, longiore, lineari-lanceolato, compreffo, erecto; alis ovato-lanceolatis, erectis, carinam adfcendentem obtufam non nihil excedentibus. Stamina de more decem, diadelpha, cum antheris luteis. Legumen fubrotundum, aut ovatum craffiufculum, monofpermum.

88. TRIFOLIUM *fcabrum.*

Trifolium caulibus decumbentibus diffufe ramofis; capitulis ovatis feffilibus lateralibus, terminalibusque, ex rigidis calycum denticulis fubechinatis; ftipulis ovato-lanceolatis; foliolis fubfeffilibus obovatis ferrulatis.

Trifolium capitulis feffilibus lateralibus ovatis, calycibus inaequalibus rigidis perfiftentibus. *Linn.* Sp. pl. p. 1084. N. 28. *Scopol.* Fl. Carn. 2. Tom. II. p. 81. N. 927. *Hudfon.* Fl. Angl. I. p. 327. N. 10. *Villars.* Delph. III. P. I. p. 488. N. 16. *Roth.* Fl. Germ. II. P. II. p. 203.

Trifolium caulibus proftratis, capitulis ovatis, in alis feffilibus, calycibus rigidis fegmentis rectis. *Haller.* hift. I. p. 161. N. 371.

Trifolium, cujus caules ex geniculis glomerulos oblongos proferunt. *Jo. Bauh.* hift. II. p. 378.

Trifolium minus capite fubrotundo parvo albo echinato. *Barrel.* Tab. 870.

Trifolium flofculis albis, in glomerulis afperis cauliculis adnatis. *Vaill.* bot. par. T. 33. f. 1.

Junio Julio in aprico arenofo Monte Medeae Comitatus Goritienfis abunde.

Annua planta ex radice gracili, filiformi-fufiformi albida, fibrillis ftipata, caules plures fpithamales plus minus, diffufe per intervalla ramofos, quaquaverfum decumbentes profert, teretes, pennae columbinae craffitudine, durefcentes, et fublignefcentes velut, e viridi obfcure denique rubentes, villofos. Copiofiffimis illi, una cum ramis, alterna per intervalla obfiti funt, e femipollicari plus minus communi axe fufpenfis fubfeffilibus foliolis ternatis obovatis, ferrulatis, et utrinque villofis viridibus, lineas non nifi duas longis, totidemque fere fub apice latis. Axe foliorum communi gracili, villofo femiterete, fulco fuperne excifo, fuperiora verfus magis magisque abbreviato, emergente femper e bifurcatura ftipularum petiolarium femiamplexicaulium villofarum,

 nervis-

nervisque viridibus exaratarum, ovato-lanceolatarum, aut et ovato-fubulatarum. Capitula florum parva, oblongo-ovata, lateralia, terminaliaque feffilia in axillis ftipularum petiolarium, floribus in glomerulos collectis. Calyces oblongi, rigidi, tubulofo-quinquedentati, ftriis elevatis decem exarati, villofi, denticulis haud magnis, binis fuperioribus brevioribus, omnibus rigidis erecto-patentibus, capitula matura velut echinata reddentibus. Corolla papilionacea, alba, per deficcationem luteola, vix aut ne vix quidem denticulos calycis excedens; Vexillum anguftum, lanceolato-compreffum, adfcendens, tantillo alas (ut hae tantillo Carinam fuperantes) excedens. Stamina decem diadelpha, antheris luteolis. Legumen, calycis bafi incraffatae, inclufum, ovatum uniloculare, bivalve, monofpermum.

89. Trifolium *ftriatum.*

Trifolium caule erecto, e bafi ramofo; capitulis in alis feffilibus, lateralibus, terminalibusque, ovato-oblongis; ftipulis ovato-acutis; foliolis fubfeffilibus, angufte oblongo-obovatis, crenulatis, pubentibus.

Trifolium capitulis feffilibus fublateralibus ovatis, calycibus ftriatis rotundatis. *Linn.* Sp. pl. p. 1085. N. 30. *Scopol.* Fl. Carn. 2. Tom. II. p. 82. N. 928. *Hudf.* Fl. Angl. I. p. 327. N. 9. *Vahl.* in Flor. Dan. Tab. 1171. *Gouan.* Illuftr. p. 51. N. 3.

Trifolium hirfutum flore parvo dilute purpureo, in glomerulis oblongis, femine magno. *Vaill.* bot. parif. Tab. 33. Fig. 2.

Trifolium parvum rectum flore glomerato cum unguiculis? *Jo. Bauh.* II. p. 378.

Goritiae Junio et Julio in agris arenofis Lifoncium inter et viam verfus Piumam.

Radix annua gracilis longa filiformi-fufiformis fibrillis obfepta, caules plures, e bafi communiter ramofos, fundit e reclini velut erectos, minus quam in T. fcabro rigidos, durefcentesque, teretes, inferne rubefcentes, et pilofos, fuperne virides et pubefcentes; ftipulis per alterna intervalla obfitos ovato-acutis, membranaceis, pubefcentibus, ftriis viridibus exaratis, inferne de more connatis, et femiamplexicaulibus, de quarum bifurcatura, axis foliolorum communis, villofulus, fuperne fulcatus, in inferioribus longior, magis magisque in fuperioribus brevior (ut fere nullus fiat) exfurgit, foliola in apice fufpendens ternata, fubfeffilia, plana, utrinque pubefcentia, viridia, oblonga, angufte oblongo-obovata, fuperne crenulata, cum exigua ipfo in apice cufpidula. Capitula florum ovali-oblonga, terminalia, lateraliaque, feffilia in axillis ftipularum petiolarium. Calyces feffiles, tubulofi, ovato-quinquedentati, villofi

villosi villis mollibus, decemstriati, serius rufescentes, dentibus inaequalibus acutis capillaribus, erecto-patentibus, villosis. Corolla calyce longior, dilute rubra, papilionaceo-dipetala, alis nempe cum carina connatis; Vexillum alis longius lanceolato-compressum erectum. Alae ovatae, obtusae, tantillo carina longiores. Carina obtusa, bipes. Stamina diadelpha decem, antheris flavis. Legumen calycis magnitudine, crassiusculum, uniloculare bivalve monospermum.

90. Medicago *marina*.

Medicago caulibus prostratis, foliisque ternatis obovato-cuneiformibus integris albo-tomentosis; floribus ex axillari pedunculo subumbellatim racemosis; leguminibus cochleatis, tomentosis, pilose-ciliatis.

Medicago marina, pedunculis racemosis, leguminibus cochleatis spinosis, caule procumbente tomentoso. *Linn.* Sp. pl. p. 1097. N. 8.

Medica marina. *Clus.* hist. p. CCXLIII. *Lobel.* Adv. p. 383. *Zannichel.* hist. p. 181. Tab. 62.

In arenosis littoribus Insulae Cavorle etc.

Radix perennans, longa, lenta, caespitem caulium cubitalium, quaquaversum decumbentium, effundit. Sunt caules hi teretes, perinde ut omnes ejusdem partes, folia scilicet, petioli, pedunculi, calycesque, denso, gnaphalico albo tomento obducti. Folia per alternas vices, ex petiolo mediocri ternata; foliolis obovato-cuneiformibus verius, quam obcordatis, integerrimis, cum exigua in apice cuspidula. Stipulae ex ovata basi lanceolatae, integrae, albo-tomentosae. Pedunculi axillares, teretes, tandem petiolis nonnihil longiores, aphylli, apice primum floribus quinque ad decem velut in umbellam collectis, serius in brevem racemum ordinatis, terminati. Flores brevissime pedicellati. Calyx tubuloso-quinquedenticulatus. Corolla papilionacea, flava; Vexillo erecto, reliquis non nihil longiore, emarginato; alis carinaque ut in congeneribus. Stamina diadelpha novem et unum. Legumen cochleatum revolutionibus subternis, albo-tomentosum, omnes spinosum dicunt, inerme tamen est, villis tomenti decumbentibus, iis tantum marginis exstantibus, qua de causa forsitan spinosum dictum fuit.

91. Phaca *frigida*.

Phaca caule erecto, ex alis subramoso; foliis impari-pinnatis; foliolis stipulisque maximis, late ovatis; Leguminibus inflatis, triangulo-cymbiformibus secundis pendulis.

Aſtragalus caule erecto, ſtipulis maximis, foliis ovatis novenis, ſiliquis veſicariis. *Haller.* hiſt. I. p. 176. N. 402.

Phaca frigida. *Jacqu.* Fl. Auſtr. II. p. 42. Tab. 166.

Phaca ochreata. *Cranz.* Faſc. V. p. 419. Tab. 2. f. 2.

In alpibus Scheideg, Baſtarzen, Glockner über Heiligen Blut.

Radix perennis, teres, lenta, vage diſcurrens, ramoſa, proliferaque, extus fuſceſcens. Caulis ex quovis radicis brachio, ſimplex, ſpithamalis, pedalis, cubitalis, erectus, firmus, tereti-ſubangulatus, glaber, pallide aquoſeque vireſcens, ſcriptorii plus minus calami craſſitudine, inferne aphyllus, ſtipulis duntaxat bracteaeformibus alternatim obſitus, ſuperiora verſus alternatim folioſus; ſimpliciſſimo alias terminatus florum racemo; alias ſingulis ex foliorum axillis, racemum florum principali ſimilem attollens, atque hinc ramoſus. Folia alterna, impari-pinnata; jugis pinnarum tribus, quatuor, etiam quinque cum terminali. Foliola hac in gente maxima, interdum pollicaria etiam, late, et obtuſiuſcule ovata, integra, plana, ſubſeſſilia, aut breviſſime petiolata, ſupra ſaturate viridia, et glabra, ſubtus aquoſe virentia, pallida, ſubtiliter venulis reticulata, et per venulas, oraſque villoſula, ſerius decalvata. Communis eorundem axis ſeu petiolus erecto-patens, ſupra canaliculatus, ſubtus ſtriatus, glaber. Stipulae amplexicaules maximae hac in gente, oblongo-ovales, demum deflexae, integrae. Flores ex pedunculo communi terminali, axillaribusque erectis, nudis, ſtriatis, apicem verſus ſtipate racemoſi, majuſculi, breviſſime pedicellati, ſecundi, penduli, ochroleuci, ſeu ex albo aquoſe luteoli; bracteolis ſinguli ſuffulti ſubovatis, concavo-convexis aquoſe vireſcentibus. Calyx olongus, cylindraceo-tubuloſus, baſi gibbus, breviter quinquedenticulatus, aquoſe albo-ſubflaveſcens, pubeſcens, denticulis nigris. Corolla papilionacea ochroleuca, albo-ſubflaveſcens, carina aliſque tantillo ſaturatioribus. Vexillum reliquis majus, obſcure emarginatum, ſurſum una cum lateribus nonnihil reflexum. Alae conniventes, lateraliter hamatae. Carina obtuſa adſcendens. Stamina diadelpha, novem et unum. Germen pedunculatum, lineare, compreſſum, pubeſcens, ſtylus acutus brevis adſcendens; ſtigma ſimplex. Legumen magnum, pedunculatum, inflatum, triangulo-cymbiforme, ſtylo perſiſtente acuminatum, pendulum, ſupra planiuſculum, ſive verius depreſſo-convexiuſculum, carinula exaratum inferne valvulis in carinam conniventibus, naviculare, lateribus tumidis, villoſis; uniloculare, bivalve. Semina plura reniformia. Odor nullus.

92. Sonchus *maritimus*.

Sonchus caule ſimplici; pedunculis ſubſquamoſis monofloris; foliis ſeſſili-amplexicaulibus, lanceolatis ſinuato-dentatis, per oras ſpinuloſis.

Sonchus

Sonchus pedunculo nudo, foliis lanceolatis amplexicaulibus indivisis, retrorsum argute dentatis. *Linn.* Sp. pl. p. 1116. N. 4. *Allion.* stirp. Nicae. p. 85. Fl. Pedem. I. p. 223. N. 818. Tab. 16. Fig. 2. optime.

Sonchus angustifolius maritimus. *Pluck.* Phyt. Tab. 62. f. 5. *Barrel.* Tab. 341. *Zannich.* Lit. Venet. p. 251. Tab. 58. f. 1.

In Lacunis maritimis Aquilejae, tum et ad Aquas Gradatas, seu Insula Gradensi Julio et Augusto.

Radix perennans subfusiformis, fibris sparsis stipata, caulem unum aut aliquot proferens. Caulis simplex, ex decumbente basi erectus, ab una ad duas altus spithamas, teres, fistulosus, laevis, ex albido-virore plus minus rubescens, foliosus, apicem versus in aliquot (duos tres, quatuorve) pedunculos divisus. Folia radicalia spithamam longa, vix pollicaris latitudinis, lanceolata, in petiolum velut decurrentia, sinuato-dentata, dentibus aequilatero-triangulis, per oras brevissime denticulatis, et spinulosis, caeterum plana, laevia, albido-virentia, venis reticulata anastomosantibus, rachi longitudinali superne canaliculata, subtus elevata, carinata, albida, tum subrubente. Folia caulis infima radicalibus simillima, sed sessilia, amplexicaulia, reliqua sursum versus minora, minoraque, laxius et alternatim sparsa, sessilia, amplexicaulia, ex rotunde cordata basi, lanceolata, integra, auriculis duntaxat baseos dentatis. Pedunculi capitulorum floralium versus caulis apicem, alterni, ex axilla bracteae foliaceae amplexicauli-cordatae erecti, squamulis aliquot foliaceis obsiti, caeterum nudi, aut aphylli. Calyx imbricatus squamis ovato-lanceolatis, latiusculis trium ordinum, integris, dorso convexiusculis, laevibus, cauli concoloribus, erectis. Receptaculum nudum. Corollae saturate aurato-flavae, calyce duplo longiores, aequales semiflosculosae ligulatae, striatae apice quinquedenticulatae. Stamina capillaria quinque alba; Antherarum cylinder flavus. Germina oblonga, stylus albus simplex, antheris longior, albus, stigma bifidum flavum, semina fusco-nigricantia, coronata pappo piloso albo longiusculo.

93. Lactuca *scariola.*

Lactuca foliis sessilibus, semiamplexicaulibus, erectis, inferioribus semipinnatifidis, dentatis, summis sagittato-lanceolatis integris; omnibus rachi subtus spinosis.

Lactuca scariola foliis verticalibus carina aculeatis. *Linn.* Sp. pl. p. 1119. N. 4. *Vahl.* in Fl. Dan. Tab. 1227. *Villars.* Delph III. P. I. p. 156. N. 4. *Roth.* Fl. Germ. II P. II. p. 258. N. 3. *Pollich.* Palat. II. p. 372. N. 728. *Lumnitzer.* Fl. Poson. p. 339. N. 765.

Lactuca foliis semipinnatis, nervo spinoso. *Haller.* hist. I. p 7. N. 14.

Lactuca ſylveſtris. *Dodon.* Pempt. p. 646. *Jo. Bauh.* hiſt. II. p. 1003. *Zannichel.* hiſt. p. 157. Tab. 294. *Fuchs.* hiſt. p. 301.

Endivia major lactucina ſpinoſa. *Barrel.* hiſt. Icon. 135.

In Comitatu Goritienſi, Forojulio olim Veneto; nec in Auſtria admodum rara.

Radix annua graciliter fuſiformis multis ſepta fibrillis. Caulis erectus, duos, tresve altus pedes, teres, e virore glaucefcens, laevis, ſpinulis rigidulis (ſerius cadivis) obſitus, intra florum paniculam viſcidulus, ſuperiora verſus ex alis ramoſus. Folia alterna erecto-patula, dureſcentia, e viridi-glaucefcentia, de ſe glabra, attamen rachi dorſali, albida ſubtus exſtante ſpinulis rigidulis inaequalibus longitudinaliter obſita, inferiora iis Sonchi perſimilia, ſeſſilia, auriculis liberis caulem ſemiamplexantia, ſemipinnatifido-runcinata, per marginum oras inaequaliter dentata, ſumma, e quorum alis rami enaſcuntur, ex ſagittata baſi anguſte lanceolata et integra. Rami erecto-patentes. Flores in caule ramisque alterna per intervalla ſubfaſciculati, ſubſeſſiles, erecti, viſcidului. Calyx ſquamis imbricatis, linearibus, obtuſis, erectis, interioribus duplo longioribus, eſtque gracilis, cylindraceus. Semifloſculi aequales, ligulati, pallide flaventes, pauci, ſubtus rubentes. Receptaculum nudum. Semina ovata, compreſſa, lineata, nigreſcentia, glabra, coronata pappo ſimplice piloſo ſericeo, albo, e ſtipite longo, capillari. Corollae, ſtamina, ſtyli etc. ut in ſyngeneſia aequali.

94. Arctium *carduelis.*

Arctium foliis decurrentibus, pinnatifidis ſubhiſpidis, margine aculeatis; capitulis florum elongato-pedunculatis, ſubnutantibus.

Arctium carduelis, foliis pinnatifidis aculeatis. *Linn.* Mant. I. p. 108. N. 3.

Cirſium arctioides. *Scopol.* Fl. Carn. II. P. II. p. 124. N. 997. Tab. 53.

In alpibus ſuperioris Carnioliae, in der Wachein etc.

Ex eadem, per plures annos durante, craſſa, fuſiformi, ſubramoſa, fibrasque agente radice, unus aut aliquot quotannis, ad cubiti, et ultra altitudinem, recta aſſurgunt caules, ſuperiora verſus ramoſi, teretes, ex ſulcis nihilominus velut anguloſi, et decurrentibus foliorum marginibus criſpis, aculeatisque, alati; primum hiſpiduli, ſerius glabreſcentes, virides. Folia circumſcriptione lanceolata, at profunde pinnatifida, ſeſſilia, per caulem decurrentia (qui exinde alatus, et ſinuoſe criſpatus fit) ſegmentis, ſive laciniis pinnarum lanceolatis, dentatis, et per oras breviter ſpinuloſis, ſeu aculeatis. Sunt illa, ſupra ſaturate, ſubtus dilute viridia, nervoſa, primum (praeprimis ad nervos)

nervos) hispidula, serius glabra. Rami (verius pedunculi) elongati, tomentosuli, dum glabrescant, capitulo florum simplice terminati, initio subnutante, subviscidulo, sphaeroidico. Calyx squamis multorum ordinum imbricatus, anguste lineari-lanceolatis, e viridi subpurpurascentibus, apice sursum uncinato. Receptaculum villosum. Corollae aequales, hermaphroditae, tubulosae, tubulo tenui albo, limbo in quinque lacinias angustissimas, obtuse lineares, rubras partito. Stamina brevia quinque, antheris in cylindrum connatis, flavis. Stylus albus; stigma oblongum, tandem bipartitum; semina coronata pappo sessili, piloso, simplice, nec plumoso, ut miratus sim, a Scopolio inter Cirsia, quibus, ut ait, pappus manifeste plumosus est, relatam fuisse plantam.

95. STAEHELINA *dubia*.

Staehelina foliis anguste linearibus, laxe denticulatis, margine revolutis; squamis calycinis lanceolatis, coloratis; pappo calycem longe excedente.

Staehelina dubia foliis linearibus denticulatis, squamis calycinis lanceolatis; pappo calycibus duplo longiore. *Linn.* Sp. pl. p. 1176. N. 2. *Gerard.* Gallopr. p. 190. N. 1. Tab. 6. *Allion.* Stirp. Nicae. p. 73. *Host.* Synops. p. 447. N. 1.

Chamaechrysocome praelongis purpurascentibusque Jaceae capitulis. *Barrel.* hist. Tab. 406.

Staechadi citrinae affinis, capitulis longioribus. *Joh. Bauh.* hist. III. p. 156.

Chrysocome peregrina tertia. *Clusius* hist. p. 327.

Stoechas citrina altera. *Lobel.* Adv. p. 203. non bene.

In Insula Adriatici Cherso et Osero e Regione Urbis Fluminensis.

Planta suffruticosa, perennans, vix semialteram spithamam alta, ramosissima, caule, ramisque est erectis, lignescentibus, teretibus, albido-tomentosis, delapsoque tomento albido-incanis, ne calami quidem scriptorii crassitudine, foliosis, apice in unum, duo, triave oblonga, breviter pedunculata capitula florum abeuntibus. Folia sunt undique alternatim sparsa, sat contigua, erecto-patula, sessilia, anguste linearia, acuta, octo, novemve lineas longa, unam lata, per oras (serius revolutas) breviter, laxeque denticulata, supra albo-tomentosula, delapsoque tomento incano-virentia, subtus rachi elevata exarata, semperque albo-tomentosa. Capitula florum terminalia, erecta, ex ovata basi cylindracea, una cum pappo ultra calycem exstante, pollicaria. dempto illo, septem lineas longa, duas crassa. Calyx communis cylindraceus, squamis trium ordinum appressis imbricatus, lanceolatis, violaceo-rubris, sericeo-nitentibus. Corollae calyce non nihil breviores, rubrae, a pappo emi-

eminente velut consepultae, monopetalae, infundibuliformes, aequales, hermaphroditae, limbo campanulato, quinquefido. Stamina quinque, antheris in cylindrum connatis. Germina parva oblonga, stylo apice bifido, stigmatibus obtusis. Receptaculum paleaceum, paleis brevibus, semine tamen, longioribus. Semina parva oblonga tetragona, coronata pappo pollicari copioso simplice piloso niveo sericeo calyces longe excedente. Odor nullus.

96. CARLINA *lanata*.

Carlina caule uni-aut et submultifloro, filis araneosis lanato; squamis calycinis intimis anguste lineari-lanceolatis, radiantibus dilute hyacinthino-rubris.

Carlina lanata, caule submultifloro, lanato, calycibus radio purpureis. *Linn.* Sp. pl. p. 1160. N. 2. *Allion.* Fl. Ped. I. p. 156. N. 568. *Host.* syn. p. 445. N. 3.

Carlina squamis calycinis terminalibus purpurascentibus; floribus inferioribus proliferis. *Gerard.* Gallopr. p. 183. N. 2.

Acanthoides parva Apula. *Columm.* Ecphr. p. 29. Tab. 27. f. 2.

Acarna atractylidis, folio amplo, purpureo capite prolifera.. *Barrel.* Tab. 483.

Carlina Pola. *Haquet.* p. 29. Tab. 4.

In Istria non infrequens ad mare, locis siccis arenosis.

Radix annua, gracilis, teretiuscula, tri-aut quadripollicaris, tempore durescens, et velut sublignescens, fibris vage aucta, dilute flavescens. Caulis plus minus spithamalis unam vix duas lineas crassus, siccus, durescens, firmus, erectus, teres, lana; sive filis araneosis albidis, copiose obductus, per desiccationem glabrescens, communiter simplicissimus, capitulo florali solitario terminatus, alias sub terminali capitulo aliis aliquot ramulis, et ipsis capituliferis, caulem altitudine excedentibus, auctus. Folia alterna, inferiora circumscriptione lanceolata, superiora ovato-lanceolata, omnia sessilia, amplexicaulia, margine pinnatifido-angulata, sinuosa, angulis, apiceque in spinas rectas simplices aut compositas, flavas, duras abeuntibus; praeterea rigida, venoso-reticulata, scabra, viridia, sed lanugine araneosa plus minus obsita; summa sub capitulo copiosius aggregata, instar involucri erecto-patentis illud vallantia. Capitulum eo Carlinae vulgaris aliquantum majus. Calyx communis ex squamis lanceolatis asperis plurium ordinum virentibus et lanuginosis compositus, intimis, instar radii, patentibus, angustioribus, lineari-lanceolatis, dilute ut in Xeranthemo annuo, hyacinthino-rubris, siccis, nitentibus, colorem constanter retinentibus. Corollae albidae, aequales, monopetalae, tubulosae, tubo

tubo gracili, limbo infundibuliformi quinquefido, fegmentis linearibus. Filamenta quinque breviffima, antheris flavis in cylindrum connatis. Stylus longitudine antherarum; ftigma oblongum clavatum, tandem bipartitum. Receptaculum planum, alveolatum, paleaceum, paleis planis, fetaceo-multifidis. Semina turbinato-obovata, cinerafcentia, glabra, coronata pappo feffili pilofo, obfcure albido, pilis feu fetis ramofo-plumulofis.

97. Carlina *acanthifolia*.

Carlina acaulis, foliis araneofo-tomentofis, frondefcentibus, pinnatifidis finuofo-plicatis, pinnis angulofe dentatis, fpinofis.

Carlina acanthifolia acaulis foliis tomentofis pinnatifidis plicatis, pinnis femibilobis pungentibus. *Allion.* Fl. Ped. I. p. 156. Tab. 51. *Hoft.* Syn. p. 445. N. 2.

Carlina chardouffe acaulis foliis finuato-pinnatifidis, palearum fegmentis fubulato-incraffatis. *Villars.* Delph. III. P. I. p. 30. N. 1.

Carlina Utzka. *Hacquet.* Pl. alp. p. 7. Tab. 1.

In Iftriae Monte majore: In Monte Platnik: et prope Murenfeld etc. in ficcis apricis.

Planta biennis. Radix fufiformis, craffa, longaque, fibras agens longas, extus flavefcens, intus alba. Ex ea, inter folia plus quam fpithamalia, undique in orbem diffufa, capitulum florale femper feffile, nec caulefcens unquam. Folia plurium ordinum, de fe viridia, albo-nihilominus, praeprimis fubtus, tomentofa, ob fila araneofo-lanuginofa, quibus denfe fuperinducta funt; extima plus quam fpithamalia, frondium inftar, undique in orbem per terram proftrata, interioribus brevioribus; funtque pinnatifida, extrorfum latefcentia, axe nixa craffo, fupra canaliculato, velut in petiolum decurrente, albo-tomentofo, pinnis latiufculis, inaequaliter angulofe dentatis, finuofo-plicatis, dentibus marginum in fpinam pungentem abeuntibus. Capitulum florale praegrande, plano-hemifphaericum, patens, nifi cum tempore humido in globum, velut convergit; Calyx fquamis foliaceis multorum ordinum imbricatus; extimis ovato-acuminatis, viridibus, fpinofo-ciliatis; interioribus anguftioribus lanceolatis, margine et apice fpinofis, dorfo ex viridi caerulefcentibus; intimis radiantibus lanceolatis, albis, nitentibus, innocuis, inermibus, ficcis, colorem non mutantibus. Corollae monopetalae, tubulofae, tubo gracili, limbo infundibuliformi quinquefido, albido-flavicante. Stamina quinque, antheris flavis in cylindrum connatis. Stylus et ftigma ut in congeneribus. Receptaculum planum carnofum alveolatum, paleis alveolos vallantibus, multifidis. Semina turbinata, villofula, pappo coronata ramofo-plumulofo.

 98. Cni-

98. Cnicus *tataricus*.

Cnicus foliis inferioribus pinnatifidis petiolatis, fuperioribus feffilibus, ex cordata amplexicaule bafi, ovato-lanceolatis; utrisque fpinofo-ciliatis; capitulis contiguis.

Carduus tataricus, foliis amplexicaulibus lanceolatis, ferraturis fpinofo-fetaceis, floribus triphyllis. *Linn.* Sp. pl. p. 1155. N. 23. *Jacqu.* Fl. Auftr. I. p. 56. Tab. 90. *Allion.* Fl. Ped. I. p. 151. N. 550. (fub Cirfio).

Cirfium foliis ciliatis femipinnatis, pinnis angulofis, fpinofis, fuperioribus amplexicaulibus. *Haller.* hift. I. p. 76. N. 176.

Cirfium carniolicum. *Scopol.* Fl. Carn. II. P. II. p. 128. N. 1005.

Im Loibl linker Hand vom Windifch Bleyberg, vulgo im Boden, nach der Matfchaker Alpen zu. Julio, copiofe.

Radix plurium annorum. Caulis bi-aut tripedalis, bafi femipollicem craffus, teretiufculus, coftis, five ftriis elevatis exaratus, villis primum adfperfus hifpidulis, ferius fuperiora verfus glabrefcens, viridis, inferne obfcure rubefcens, medulla alba farctus, firmus, erectus, plus minus ramofus, ramis five pedunculis inferioribus axillaribus elongatis, apice, ut caulis, terminatis, rarius unico, communiter duobus, tribusve contiguis capitulis floralibus. Capitula haec iis Cnici Eryfithales perfimilia, majora tamen, craffioraque; et ipfa quoque ad linearum aliquot fubtus diftantiam, foliolis lanceolatis fpinulofis, quam caulina, minoribus, fubinvolucrata. Eorumdem calyx communis fqamis plurium ordinum imbricatus lineari-lanceolatis, innocue fubariftatis, viridibus, apice rufefcentibus, fubvifcidulis, initio non nihil tomentofulis. Receptaculum pilofum. Corollae aequales hermaphroditae, tubulofae, tubulo praeterrui albo, limbo aequaliter quinquepartito dilute flavo, feu ochroleuco. Stamina quinque albo-villofula, antheris in cylindrum connatis rubentibus, certe lineis quinque rubris exaratis, dum fufcefcant. Stylus antheris longior, flavefcens, tandem in ftigmata duo fiffus oblonga. Semina oblonga angulata ftriata, pappo coronata longiufculo plumofo. Odor florum aliquis, nec ingratus. Folia radicalia (perfaepe plusquam fpithamalia, fex feptemve pollices lata) et infima caulis pinnatifida, in petiolum velut alatum decurrentia; reliqua caulis fuperiora, feffilia, ex cordata, femiamplexicaule bafi, ovato-lanceolata, alterna, plana, fubvillofula, fupra faturate, fubtus pallide virentia, per oras inaequaliter dentata; oris ipfis fpinulis longiufculis acicularibus flavicantibus, primum innocuis, ferius rigefcentibus, obfitis, longiffimis, quae auricularum amplexicaulium oras obfident.

Obferv.

Obferv. Longo plantam hanc tempore pro mera Cnici Eryfithales varietate integrifolia habui; fed tantis, ut Linnaeus, Hallerus, Jacquinius, Scopolius et Allionius eft, viris, qui fpecie ab Eryfithale diftinxerunt, obftrepere, nefas duxi. A carduis tamen removendam putavi, quamdiu Eryfithales Carduos inter non reperiatur.

99. Cnicus *pygmaeus.*

Cnicus foliis feffilibus linearibus, fubdenticulatis, caulem capitulo folitario terminatum excedentibus, calyce inermi.

Cnicus pygmaeus caule unifloro, foliis fublinearibus feffilibus confertiffimis, calyce inermi. *Linn.* Sp. pl. p. 1156. N. 2.

Carduus mollior humilis anguftifolius. *Cluf.* hift. p. CLI.

Serratula pygmaea. *Jacqu.* Fl. Auft. V. p. 20. Tab. 440.

Cirfium pygmaeum uniflorum foliis anguftis, imis caule longioribus. *Scopoli.* Fl. Carn. II. P. II. p. 123. N. 996.

In fummitate alpium Pontebanarum Trügel. Item fummitate alpis Fifchkopf in valle Rablenfi, et rupeftribus alpis Grindovez.

Radix perennis, longe fufiformis, craffiufcula, recta, fibris comata, extus fufca, plurima inter folia caulem unum, duos, tresve, e totidem capitibus, effert rarius fubtripollicarem, communiter breviorem, pro ratione parvitatis, craffiufculum, teretem, filis araneofis mollibus albis undique obvolutum, fi quando calvefcat, virentem, rectum, ftipate, quantus quantus eft, foliofum, terminatum apice capitulo florum folitario, pro ratione exiguitatis fuae magno. Folia tam radicalia, quam caulina perquam angufta, faepe vix lineam lata, linearia, acuta, integerrima, habeo tamen et angufte lineari-lanceolata, rariter, laxeque denticulata, femper feffilia, capitulum florale excedentia, jam erecta, alias erecto-patentia, primum pilis utrinque araneofis mollibus albis obfita, ferius decalvata, fupra viridia, fubtus pallidiora, nervo dorfali exarata, oris marginalibus revolutis. Calyx Capituli ex ovata bafi cylindraceus, fquamis foliaceis multorum ordinum imbricatus, ex ovata bafi lanceolatis, erectis, integris, ciliatis, mollibus, innocuis, e viridi rubefcentibus, dum atro-purpurefcant, pilis albis longiufculis, ferius cadivis, obfitis. Receptaculum villis longis pilofum fufcefcentibus. Corollae aequales; tubulo longo, tenui, albo, limbo oblongo-urceolari femiquinquefido, lacinulis linearibus aequalibus, dilute purpureo. Stamina quinque alba, antheris dilute caerulefcentibus in cylindrum connatis. Stylus longiffimus albus; ftigmata duo purpurafcentia, revoluta. Semina oblongo-obovata, fubangulata, glabra, peripherialia incurva; difci recta; omnia coronata pappo feffili plumofo.

 100. Car-

100. CARDUUS *rivularis.*

Carduus foliis lanceolatis, pinnatifido-dentatis, ſpinuloſo-ciliatis; imis petiolatis; ſummis ſeſſili-ſemiamplexicaulibus; caule inermi; capitulis ſubſolitariis.

Carduus rivularis. *Jacqu.* Fl. Auſtr. I. p. 57. Tab. 91. *Hoſt.* ſyn. p. 443. N. 13.

Abunde Junio in Monte Loibl, loco im Boden dicto in pratis, et ſecundum rivulos per prata decurrentes.

Radix perennis, digitum auricularem fere craſſa, transverſa, horizontalis, longas recta fibras demittens. Caulis bipedalis, erectus, ſubſimpliciſſimus, fiſtuloſus teres, inferne ſulcato-anguloſus, ſuperne ſtriatus, ſubtomentoſulus, caetera inermis, laete viridis. Folia radicalia plura, et non nulla paulo ſupra baſin, circumſcriptione lanceolata, profunde pinnatifido-dentata, plana, petiolata, laete viridia, per oras ſpinulis ſetaceis innocuis, ciliata; caulina pauca, laxe alternatim ſparſa, magis magisque anguſtiora et breviora, ſeſſilia, ſemiamplexicaulia, innocue ſpinuloſa, ſummis integris. Caulem terminat capitulum perſaepe ſolitarium; alias duo triave approximata ſeſſilia, interdum et quartum, breviſſime pedunculatum paullo ſub terminalibus conſpicitur. Calyx capitulorum ovatus, glaber, viſcidulis imbricatus ſquamis lineari-lanceolatis, innocuis, multorum ordinum, exterioribus viridibus, interioribus ſuperne purpuraſcentibus. Corollae rubrae. Antherae albae. Stylus longe ultra corollas eminens, in ſtigma longum teres abiens, primum ſulco exciſum, tum apice fiſſum. Pappus vere plumoſus, nec ſimplex, et piloſus. Receptaculum villoſum, ſeu verius piloſum.

Obſerv. Recte in Auctario ſuo Allionius inquit a Cirſio ſuo N. 543. (quod Carduus rivularis Jacquinii eſt) removendum nomen et ſynonymum Scopolii Cirſii carniolici, nam planta Scopolii nil, niſi Carduus (potius Cnicus) tataricus Jacquinii eſt. Recte et idem in Auctario monet figuram Tabulae 12. ſub falſo Cirſii pyrenaici nomine propoſitam, varietatem praeciſe eſſe Cardui rivularis Jacquinii.

101. CARDUUS *medius.*

Carduus foliis decurrentibus, lanceolato-pinnatifidis, margine ſpinoſis; caule ſimplice; capitulo terminali longe pedunculato; calyce inermi tandem ſquarroſo.

Carduus medius foliis decurrentibus pinnatifidis margine ſpinoſis, caule unifloro, pedunculo longiſſimo, calycum ſquamis inermibus patentibus ſetaceis. *Gouan.* Illuſtr. p. 62. N. 3. Tab. 24.

In pratis humidiuſculis prope Prax Julio, alibique: in Monte Loibl im Boden.

Radix

Radix perennis, oblique horizontalis, fibris demiffis nixa. Ex ea unus, aut aliquot caules, pedales, fesquipedales, erecti, communiter fimpliciffimi; raro fupra bafin ex axilla folii fubnafcente ramo, innovati, inferne angulati, et ad mediam usque altitudinem foliofi, et ex decurrentibus foliis fpinofe crifpati; fuperne fere aphylli, teretiufculi, tomentofuli, in longum excurrentes pedunculum, terminatum capitulo florum folitario, pondere ferius fubnutante fuo. Folia circumfcriptione lanceolata, profundius aut minus profunde pinnatifida, lobis latiufculis, angulatis, per oras inaequaliter fpinofis, fupra obfcure viridia, et fcabra, nec ut in deflorato glauca et laevigata; fubtus aquofa et pallida hifpidulaque, decurruntque per caulem lobulis crifpato-fpinofis. Calyx capituli terminalis ovatus, imbricatus fquamis multorum ordinum angufte lineari-fubulatis, innocue acuminatis, fubtiliter fubpubentibus, viridibus, ferius fquarrofe erecto-patulis, imis cum tempore etiam furfum, deorfumque curvatis. Receptaculum pilofum. Corollae rubrae, ut in congeneribus; antherae albae. Stylus ultra antheras excurrens in ftigma oblongum rubrum, apice bifidum. Pappus feffilis fimplex pilofus.

Obferv. Cirfium medium Allionii, ut ut Gouani Carduum medium citet, ab hoc fpecie differre nemo non videt, tum infpectione figurae quam in Tab. 49. dedit, cum foliis feffilibus non decurrentibus, imis longe pedunculatis; tum et ex eo, quod plantam inter Cirfia plumofe-papposa locet, quae in Carduo medio Gouani pappum fimplicem pilofum habet.

Obferv. II. Nefcio, an ab hoc Gouani Carduo medio feparem Carduum in Montis Loibl ea parte, quam im Boden vulgo dicunt, copiofe crefcentem? Carduo Gouani fimillimus eft quoad omnia; foliis duntaxat differre videtur; funt illa circumfcriptione quidem et ipfa lanceolata, itidemque pinnatifida, verum profundiffime, usque ad coftam fere pinnatifida, et lobis pinnarum longiufcule lanceolatis, laxius inter fe ordinatis. Qui novam fpeciem voluerit afferere, non repugnabo.

102. Athanasia *maritima.*

Athanafia capitulis florum e pedunculo brevi folitariis, in corymbulos terminales ordinatis; foliis alternis feffilibus ovali-lanceolatis crenulatis tomentofis.

Athanafia maritima pedunculis unifloris fubcorymbofis, foliis lanceolatis indivifis crenatis, obtufis, tomentofis. *Linn.* Sp. pl. p. 1182. N. 10.

Gnaphalium legitimum. *Cluf.* hift. p. 329.

Gnaphalium maritimum multis. *Joh. Bauh.* hift. III. p. 157.

Gnaphalium marinum. *Dodon.* Pempt. p. 65.

Gnaphalium marinum primum. *Tabern.* p. 780.

Gnaphalium marinum tomentofum. *Dalechamp.* hift. Lugd. p. 1387.

In Arenofis maritimis Infulae Cavorle, cum Echinophora fpinofa, Teucrio Polio etc.

Radix perennans brachiata, fublignefcens caulem plus quam fpithamalem, ipfa pene a bafi ramofum attollit, ramis fimplicibus, erectis, cauli principi fubaequalibus: tam hi quam ille, teretes, calami fcriptorii craffitudine, albo denfoque obducti tomento, ab imo ad apicem foliis obfiti alternis, feffilibus, oblongo-ovalibus, five obtufe ovali-lanceolatis, fex feptemve lineas longis, nec nifi duas latis, erecto-patentibus integris, per oras crenulatis; caeterum planis, et albo undique, denfoque tomento obductis, ut crenulas vix dignofcas: fingulis e foliorum alis rudimenta brevia foliorum aliquot exoriuntur, ipfo folio breviora. Caulis ramique terminantur corymbulo capitulorum trium quatuorve aut quinque, fubgloboforum, breviter pedunculatorum, infimo uno, alterove ex axilla fummorum foliorum octo; pedunculis his eodem quo caulis, folia, calycesque, albo tomento obductis. Calyx communis hemifphaericus five ovato-truncatus, imbricatus fquamis ovatis plurium ordinum appreffis, albo-tomentofis. Corollae omnes aequales infundibuliformes quinque denticulatae, erectae, flavae, calycem communem tantillo excedentes. Stamina quinque, antheris flavis in cylindrum connatis. Stylus fimplex apice breviter bifidus, ftigmatibus flavis obtufis. Receptaculum paleaceum, femina oblonga, paleis breviora, nuda; pappus nullus.

103. Conyza *candida.*

Conyza foliis ovalibus petiolatis, una cum caule, calycibusque niveo-tomentofis; capitulis pedunculatis axillaribus, terminalibusque confertis.

Conyza candida foliis ovatis tomentofis, floribus confertis, pedunculis lateralibus, terminalibusque. *Linn.* Sp. pl. p. 1208. N. 12.

Jacobaea cretica incana integro Limonii folio. *Barrel.* hift. Tab. 217.

After tomentofus luteus Verbafci folio. *Boccone.* Pl. rar. ficil. p. 60. Tab. 31. f. 2.

In Infulis Adriatici Cherfo, Arbe etc.

Ex radice perenni, digiti fere auricularis craffitudine, fufiformi, extus nigra, pluricipite, copiofa intra folia radicalia, caulis unus, pluresve affurgunt fesquifpithamales, recti, teretes, calami fcriptorii craffitudine, firmi, una

una cum foliis, eorumque petiolis, et capitulorum pedunculis, calycibusque, niveo dense superinducti tomento Folia radicalia latiuscule ovata, aut oblonge ovalia, crassiuscula, subcoriacea, subtus nervosa, reticulataque, ex petiolo, supra canaliculato, erecta, integerrima. Caulina alterna, et ipsa, brevius tamen, petiolata, obtuse ovali-lanceolata, integra, duplo, triplove radicalibus angustiora; omnia ex praedicto tomento nivea. Terminatur caulis corymbo trium, quatuor aut quinque capitulorum florigerorum pedunculatorum; similiaque capitula, ut plurimum simplicia, et pedunculata, ex foliorum caulinorum superiorum axillis orta, erecto-patent alternatim. Pedunculi mediocres, teretes, firmi, colore et tomento reliquae plantae, communiter foliolo sub capitulo obsiti sunt unico, ovato, sessili. Capitula floralia avellanae nucis magnitudine, ovata, calyce communi constant composito ex squamis angustis, linearibus, obtusis, trium quatuorve serierum imbricatis, niveo-tomentosis, interioribus acutiusculis, tantillo longioribus, erectis, apicem versus extrorsum squarrose patulis. Receptaculum nudum. Corollae omnes aequales, tubulosae, saturate flavae, tubulo longo, tereti; hermaphroditarum disci, brevissime quinquefido; feminarum radii, brevissime tridenticulato. Stamina feminis nulla; hermaphroditis quinque brevia alba, cum antheris quinque flavis in cylindrum connatis. Germina utrisque longa, pubentia; cum stylo corollas excedente, filiformi albo, terminato stigmatibus duobus brevibus obtusis reflexis, flavis. Semina omnibus longa, gracilia, villulis albidis adspersa, coronata pappo simplice piloso albo, calycem, corollasque aequante.

104. Erigeron *viscosum*.

Erigeron caule inferne virgatim ramoso, una cum ramis superne racematim multifloro; foliis lanceolatis denticulatis viscido-villosis; corollis radiatis.

Erigeron viscosum pedunculis unifloris lateralibus, foliis lanceolatis denticulatis; calycibus squarrosis, corollis radiatis. *Linn.* Sp. pl. p. 1209. N. 1. *Jacqu.* Hort. Vind. II. p. 77. Tab. 165. *Gouan.* Illust. p. 67. N. 2. *Villars.* Delph. III. P. I. p. 240. N. 7. *Gerard.* Gallopr. p. 201. N. 1. *Allion.* Fl. Ped. I. p. 198. N. 717.

Conyza major. *Clus.* hist. p XIX. et XX. *Dodon.* Pempt. p. 51. *Lobel.* Adv. p. 145 et 146. *Barrel.* hist. Tab. 370. *Jo. Bauh.* hist. II. p. 1053.

In maritimis Littoralis. Etiam sub sepibus in Forojulio, Monfalconii copiose.

Radix perennans, crassa, lignescens, copiose fibrosa, caulem (aut plures etiam) educit plus quam cubitalem, fortem, inferne lignescentem, ac velut suffru-

fuffrutefcentem, brevi in ramos fibi fimiles, inaequales, ftrictos, virgatim abeuntem, teretem, bafi rubentem, et e rubro fufcefcentem, villulis canis vifcidis obfitum; perinde ac rami, copiofe per omnem longitudinem foliofum, ac fuperiora verfus, racematim multiflorum. Folia falicinorum aemula, contigue alterna, firmula, (enafcentibus ex eorum axillis brevibus foliolorum ramulis) lanceolata, per oras denticulata, fuperiora ramorum etiam integra, bafi apiceque fenfim anguftata, feffilia, caulem arcte et angufte femiamplexantia; erecto-patula, infimis faepe deflexis, fupra faturate, pallidius fubtus viridia; utrinque vifcido-villofula, dum decalvefcant. Abeunt caulis ramique apicem verfus in capitulorum floralium pedunculatorum racemum, erecto-patulum; nonnunquam ad fpithamam usque elongatum, fubpyramidalem: pedunculis axillaribus, vifcido-villofulis, a fesquipollice, magis magisque decrefcentibus, communiter unico florum capitulo terminatis, inferioribus tamen non nunquam duo triave per intervalla capitula ferentibus; fquamisque foliaceis alternatim obfitis. Communis capitulorum calyx ovatus fquamis plurium ordinum lineari-acutis vifcido-villofulis, fubfquarrofis imbricatus. Flores omnes, cum antheris et ftigmatibus flavi: hermaphroditi in difco, tubulofo-quinquedentati; feminei in radio, ligulatique, ligulis angufte linearibus, tridenticulatis, duplo, quam difcus, longioribus, patentibus, dum deflectantur. Receptaculum nudum. Semina brevia, teretiufcula, tomentofula, coronata pappo pilofo, fimplice feffili calycem parumper excedente, ligulis radii duplo breviore. Odor plantae totius ex vifciditate gravis.

105. Inula *bubonium.*

Inula foliis femiamplexicaulibus, ovato-lanceolatis denticulatis hifpidis; caule erecto rigido corymbofo; fquamis calycinis fquarrofo-patulis.

After Bubonium. *Scopol.* Fl. Carn. 2. Tom. II. p. 173. N. 1083. Tab. 58. demptis fynonymis.

Inula Bubonium. *Jacq.* Fl. Auftr. V. in Append. p. 36. Tab. 19.

Minime rara in Montibus circa Goritiam, Tergeftum, tum in Karfcho; nufpiam copiofior quam in Schnifiza, feu alpibus Croatici Schneeberg, finui Flanatico incumbentibus.

Radix perennis, copiofe fibrofa, fibris craffis femilignefcentibus. Caules fimplices, florum corymbo umbellaeformi terminati, copiofe foliofi, plus minus cubitales, unam, aut femialteram craffi lineam, teretes, farcti, rigidi, normales, ftriis elevatis nonnullis exarati, virides, hifpidi, feu fetulis exiguis rigidis adfperfi. Folia a bafi ad apicem copiofa, undique fparfa, furfum verfus decrefcentia, ovato-lanceolata, feffilia, femiamplexicaulia, rigida, erecto-

paten-

patentia, viridia, fubtus pallidiora, demptis fupremis integris, laxe denticulata; utrinque fed praeprimis per dorfi nervos, marginumque oras hifpida, et fcabra; nec tamen incano-tomentofa. Ramuli, five verius pedunculi, fubbiflori, foliolis fquamaeformibus alternis obfiti, ex fummorum foliorum axillis enati, eandemque cum caule principe altitudinem attingentes, terminalem efficiunt corymbum, velut umbellaeformem. Alias (propitioreque duntaxat folo) caulis fuperiora verfus, copiofos in ramos fimplices ex alternis foliorum axillis abit, aeque fere omnes longos, copiofe et ipfos foliofos, duobus ut plurimum floralibus terminatos capitulis, ea fere ratione, ut eos Hallerus in Aftere fuo N. 73. (Aftere videlicet Vaillantii, Allion.) expreffit. Capitula florum avellanae circiter magnitudine: calyx ex breviter cylindraceo, demum hemifphaericus, imbricatus fquamis quatuor ordinum oblongo-ovatis, five ovalibus, e viridi flaventibus, ferius nudis, apicibus trium inferiorum ordinum fquarrofe extrorfum patentibus, fuperne faturate viridibus, per deficcationem tandem fufcefcentibus; fquamis intimi feu fupremi ordinis erectis, fubmembranaceis. Receptaculum nudum. Semina pappo feffili pilofo fimplice. Flores omnes faturate aurantiaco-flavi. In difco tubulofo-quinquefidi hermaphroditi; Antheris bafi bifetis; Stylo corollae tubum excedente, ftigmate bifido flavo. Flores radii copiofi, feminei, ligulati, ligulis dimidiam lineam latis, calycis longitudine, breviffime tridentatis; ftylo tubum excedente, bifido, flavo.

Obferv. Magnam Cl. Scopoli hanc inter et falicinam Linnaei Inulam intercedere inquit fimilitudinem; hac quoque de caufa, crediderim, ad eandem fynonymum Clufii, et Bulbonium luteum Tabernaemontani, quae Inulam Linnaei falicinam indicant, adduxit. Id minus recte. Nec Scopolio melius Inulam hanc noftram Villarfius Germanicae Linnaei Inulae adgregavit, a qua plurimum certe differt. Rectius utroque fufpicatur Allionius Helenium montanum falicis folio fubtus incano Vaillantii refpondere Bubonio a Jacquinio picto. Atque ego quidem idem omnino effe pronunciarem, nifi quidem Vaillantianae plantae tam auctor ipfe, quam Hallerus et Allionius folia tribuerent fubtus incana et tomentofa, quae in Inula Bubonio, toties natali in folo vifa, numquam deprehendi.

106. Inula *crithmoides.*

Inula foliis lineari-teretiufculis carnofis; caulinis obtufe tricufpidatis; rameis integerrimis.

Inula foliis linearibus carnofis tricufpidatis. *Linn.* Sp. pl. p. 1240. N. 17.

Crithmum chryfanthemum. *Dodon.* Pempt. p. 706.

In maritimis inundatis Aquilejae, et Tergefti, Julio et Augufto.

Radix perennis, fubfufiformis, brachiata, fibrillis fepta, alba, fublignefcens, plures caules, fubcubitales attollens. Caules erecti, teretes, farcti, rigidi, fragiles, fublignefcentes, laeves, e viridi tandem rubri, ad foliorum bafin cicatrice femicirculari atro-fanguinea notati, copiofe foliofi, primum ftricti, fimplices, fubnafcentibus ferius e foliorum axilla ramulis, copiofe ramofi. Folia caulis principalis feffilia, alterna, fere pollicaria, duas craffa lineas, lineari-teretiufcula, carnofa, apice obtufe tricufpidata, laevia, faturate viridia, erecto-patentia. Ramuli e foliorum horum axilla breves, fubpollicares, primum praecife foliofi, foliis teretiufculis, integris, nec tricufpidibus, ex apice tandem, perinde ac caulis, floriferi, monoflori. Flos longiufcule pedunculatus, erectus, pedunculo aphyllo fub flore parumper incraffato, viridi, fquamulis duntaxat exiguis, acutis, viridibus fparfis, appreffis obfito. Qui adeo primum caulis fimplex et monoflorus fuiffe videbatur, fuccrefcentibus ferius ramulis axillaribus, ramofus et multiflorus evadit. Calyx fquamis viridibus lineari-lanceolatis, acutis, trium quatuorque ordinum, imbricatus, erecto-patentibus, exterioribus brevioribus. Receptaculum nudum, flofculi omnes flavi, exteriores radii feminei ligulati, angufti, lineares, tridenticulati, duplo calyce longiores, interiores difci hermaphroditi tubulofo-quinquedenticulati. Antherae eorundem bafi bifetae. Pappus feffilis, pilofus fimplex. Reliqua ut in congeneribus. Odor nullus.

107. Arnica *cordata.*

Arnica foliis radicalibus reniformi-cordatis, longe petiolatis; caulinis feffilibus, ex cordata femiamplexante bafi lanceolatis; utrisque dentatis; caule unifloro.

In umbrofis humidis rupeftribus, auf der Kerfchbaumer erlze, Julio.

Radix perennis, auricularem pene digitum craffa, oblique horizontalis, teres annulata, fibras funiculorum inftar copiofas recta demittens. Ex ea quotannis unus (rarius duo fimul) normaliter affurgit caulis, fere pedalis, lineam craffus firmulus, teres, ftriatus faturate viridis, ferius atro-rubens, villulis, magna demum ex parte cadivis, adfperfus. Folia radicalia complura, pollice aliquantum longiora, latioraque, circumfcriptione reniformi-cordata, dentata, plana, faturate viridia, firmula, et velut carnofa, tactuique ob exilem, fere microfcopicam, rigidulam pubem (dum denique calvefcant) fcabra, feu hifpidula; nixa petiolo quatuor fere pollices longo, gracili, firmulo, teretiufculo, concolore, nudó, linea impreffa fuperne exarato. Folia caulina tria, aut quatuor, ab invicem femota, alterna, feffilia, ex cordata et femiamplexicaule bafi, latiufcule ovato-lanceolata, ambitu dentata, de caetero radicalibus colore, et conftitutione fimilia; infimo quandoque velut in petiolum decurrente.

Capi-

Capitulum florale unicum terminale, minus quam reliquis in Arnicae speciebus. Calyx hemisphaericus, imbricatus squamis duorum ordinum lanceolatis viridibus pubentibus, discum, non ligulas radii, excedentibus. Flores aurato-flaventes: in disco hermaphroditi, tubuloso-quinquedentati; in radio feminei, ligulati, patentissimi, ligulis linearibus, breviter tridenticulatis. Receptaculum nudum, semina fusco-nigricantia, pube rara adspersa, coronata pappo sessili piloso simplice. Reliqua ut in congeneribus.

108. Anthemis *cota*.

Anthemis foliis bipinnatis, pinnulis linearibus spinula terminatis; pedunculis monofloris, sub flore crassescentibus; paleis florum discum superantibus spinosis.

Anthemis cota florum paleis rigidis pungentibus. *Linn.* Sp. pl. p. 1259. N. 1. *Villars.* Delph. III. P. I. p. 253. N. 2.

Anthemis arvensis annua Italica major vulgatissima, flore maximo; disco pungente. *Michel.* N. pl. Gen. p. 32. N. 1.

Chamaemelum annuum ramosum, cotulae foetidae foliis amplioribus; capitulis spinosis. *Tilli.* Hort. Pisan. p. 38. Tab. 21. Fig. 2.

Chamaemelum cotta. *Allion.* Fl. Ped. I. p. 184. N. 669.

Crescit copiose undique circa Capo d'Istria in Littorali Austriaco.

Radix annua, graciliter fusiformis, copiosis undique septa fibrillis, tempore durescens. Caulis plus minus cubitalis, erectus, ne calami quidem scriptorii crassitudine, teres, farctus, subtiliter striatus, viridis, exigua, brevique evanescente adspersus pube, foliosus, apicem versus, in paucos, monofloros, ex foliorum axillis ortos, divisus ramos. Folia alterna, bipinnata, villulis rigidulis albidis cadivis hispidula, pinnulis parvis, angustis, linearibus, spinula terminatis. Caulis ramique terminantur pedunculo grandiusculo monofloro, sub flore non nihil crassescente. Calyx communis hemisphaericus, squamis compositus trium ordinum, arcte imbricatis oblongo-ovatis, primum pubescentibus, serius glabris, durescentibus, nuspiam nigrescentibus. Flosculi disci hermaphroditi, flavi, tubuloso-quinquedentati, staminibus antheriferis, styloque in stigmata duo reflexa diviso, instructi. Semiflosculi radii albi; ligulis oblongo-ovalibus, striatis, breviter trifidis, patentibus, serius reflexis, ut in Cotula. Sunt hi feminei, stylo brevi, breviter bifido, absque staminibus, instructi. Receptaculum orbiculare planum, tandem in convexum hemisphaerium attollitur, obsitum illud est paleis semina, floresque disci excedentibus, rigidis, in spinam pungentem terminatis. Semina oblonga, nuda, pappo destituta.

Obſerv. Non credo Bellidem montanam Tanaceti folio Plukeneti Tab. 17. f. 5. huc (potius ad Anth. altiſſimam?) pertinere. Plerique (Villarſius, Michelius, et Linnaeus in Mant. II.) Tabulam 19. Tillii ex hort. Piſan. citant; ſed hac in Tabula nil niſi folia Cyclaminis et Cynara repraeſentantur, citari itaque Tabula 21. f. 2. debet.

109. Achillaea *macrophylla.*

Achillaea foliis impari-pinnatis, planis, pinnis oblongis inciſo-ſerratis, extimis majoribus confluentibus.

Achillaea macrophylla foliis pinnatis planis inciſo-ſerratis, extimis majoribus coadunatis. *Linn.* Sp. pl. p. 1265. N. 10. *Allion.* Fl. Ped. I. p. 181. N. 659. *Villars.* Delph. III. P. I. p. 259. N. 8. *Hoſt.* ſyn. p. 472. N. 2.

Achillaea foliis pinnatis, pinnis acute ſerratis, extremis confluentibus. *Haller.* hiſt. I. p. 49. N. 115.

Tanacetum inodorum Leucanthemum alpinum. *Barrel.* hiſt. N. 1119. Tab. 991.

Floret medio Julii in alpe Luggavienſi im Leſſachthal.

Ei radix perennis fuſiformis craſſiuſcula ſubligneſcens radiculis obſita, extus fuſceſcens. Caulis ſat gracilis, firmus tamen, erectus, ſimplex, biſpithamalis, aut et cubitalis, teres, ſtriatus, villoſulus, primum viridis, tum ab imo, furſum verſus atro-rubeſcens, foliis laxe alternantibus obſitus, apice corymbum florum ſimplicem, ſat pauperem, erectum proferens. Folia impari-pinnata, plana, patentia, ſupra ſaturate viridia, ſubtus aquoſiora, utrinque tamen, nec per coſtas tantum, villoſula, ut ut villi decedant denique maximam partem. Pinnae lanceolatae, inaequaliter inciſo-ſerratae, trium quatuorve jugorum, cum impare: inferioribus minoribus, extimis majoribus, et confluentibus. Corymbus florum terminalis, ſimplex, conſtans pedunculis quinque, ſex, ſeptemve, uni-ſummum bifloris, brevibus, gracilibus, villoſulis, ad eandem altitudinem elatis. Calyx eorumdem communis oblongo-ſubovatus, imbricatus ſquamis aliquot ordinum ovatis, viridibus, villoſulis, per marginem nigro-ſfacellatis. Floſculi tam radii, quam diſci, albi; hi tubuloſo-quinquedenticulati hermaphroditi; illi ligulati feminei, numero quinque aut ſex; ligulis ovato-oblongis, patentibus, breviter trifidis. Stamina hermaphroditorum quinque breviſſima, capillaria, alba; antheris in cylindrum connatis, flavis. Germen utriſque exiguum; ſtylo albo; ſtigmate obtuſo, bifido. Receptaculum convexum, calycem tandem excedens, paleis obſitum lineari-lanceolatis, fuſceſcentibus. Semina ſubovata, nuda, pappo deſtituta. Odor plantae totius, praeprimis florum, ut in congeneribus alpinis.

110. Buphthalmum *aquaticum*.

Buphthalmum calycum involucro flores excedente, patente mutico; capitulis in dichotomiarum axillis fessilibus; foliis lineari - lanceolatis integris villofis femiamplexicaulibus.

Buphthalmum calycibus obtufe foliofis fessilibus axillaribus; foliis alternis, oblongis, obtufis, caule herbaceo. *Linn.* Sp. pl. p. 1274. N. 5. *Gerard.* Gallopr. p. 210. N. 2. *Villars.* Delph. III. P. I. p. 261. N. 2. *Allion.* Fl. Pedem. I. p. 179. N. 651. Et ftirp. Nicens. p. 99.

After legitimus Clufii mollior luteus. *Barrel.* Tab. 552.

In arvis littoralis, tum et ad aquarum latera, in Iftria.

Planta et ipfa annua; fimilis Buphth. fpinofo, fed minor partibus omnibus graciliorque, fublignefcens tamen. Radix filiformi-fufiformis, fibrofis fepta radiculis: ex eo plures caules fpithamei, femel iterumque dichotomi, erecti, teretes, virides, villofi, tandem durefcentes, et femilignefcentes, foliis obfiti alternis feffilibus femiamplexicaulibus, obtufe lineari-lanceolatis integris mollibus, utrinque villofis viridibus. Capitula florum in dichotomiarum axillis, et ramorum apice feffilia. Calyx exterior feu involucrum calycis, florem duplo excedens, patens, compofitum foliis duorum ordinum obtufe lanceolatis, viridibus integris, villofis muticis. Calyx proprius imbricatus fquamis foliofis, villofis oblongo-fubovatis obtufis difcum corollarum aequantibus. Flores faturate flavi. In difco breviores hermaphroditi infundibuliformi-tubulofi quinquedenticulati, antherarum cylindro concolore. In radio feminei, ligulati, tri-quatrivedenticulati, calyce proprio, non involucro longiores. Receptaculum paleaceum. Semina pappi loco coronata margine incifo. Planta non inamoene odorata.

111. Buphthalmum *fpinofum*.

Buphthalmum calycum involucro flores excedente, patentiffimo, fpinofo; foliis alternis lanceolatis femiamplexicaulibus, integerrimis villofis.

Buphthalmum calycibus acute foliofis; foliis alternis lanceolatis amplexicaulibus integerrimis; caule herbaceo. *Linn.* Sp. pl. p. 1274. N. 4. *Gerard.* Gallopr. p. 209. N. 1. *Allion.* Fl. Ped. I. p. 179. N. 650. *Villars.* Delph. III. P. I. p. 261. N. 1.

After I. *Cluf.* hift. p. XIII.

After legitimus Clufii alter, feu fpinofus luteus. *Barrel.* Tab. 551.

In littorali praeprimis verfus Sebenicum in arvis, agrorum marginibus etc. in Cherfo.

Planta annua. Radix pennae anferinae craffitudine fufiformis, copiofis fepta fibris. Caulis fpithameus, pedalis, et fefquipedalis, teres, viridis, villofus, durefcens, rigidus, femilignefcens, fimplex, fuperiora verfus paucis, alternis, caulem principem fuperantibus ramis erecto-patentibus inftructus. Folia caulis ramorumque alterna, feffilia, femiamplexicaulia, lanceolata, integerrima, mollia, faturate viridia, utrinque villofa. Florum capitula magna, inferiora fuperioribus altiora. Calyx exterior feu involucrum calycis florum capitula duplo triplove excedens, compofitum foliis duorum ordinum ex ovata bafi lanceolatis, canaliculatis, integris, rigidis, brevi duraque fpina terminatis, viridibus, utrinque villofis, radiatim patentiffimis. Calyx proprius imbricatus fquamis foliaceis aliquot ordinum, oblongo-fubovatis, obtufis, muticis, villofis, difci longitudine. Corollae faturate aurato-flavae: In difco hermaphroditae, infundibuliformi-tubulofae, quinquedenticulatae: antherarum cylindro, tum et ftigmate fimplice et obtufo concoloribus. In radio femineae ligulatae profunde et acute tri-quadrifidaeve, patentes, calyce, non involucro longiores. Receptaculum paleaceum. Semina difci ovata, pappi loco coronata margine membranaceo incifo-multifido; Radii vero ancipitia, perinde coronata.

112. Centaurea *crupina.*

Centaurea calycibus fubcylindraceis inermibus; fquamis lineari-lanceolatis acuminatis; foliis pinnatis, pinnis angufte linearibus, ferratis, fpinulofo-ciliatis.

Centaurea crupina calycibus inermibus, fquamis lineari-fubulatis, foliis pinnatis ferratis. *Linn.* Sp. pl. p. 1285. N. 1. *Gerard.* Gallopr. p. 184. N. 1. *Allion.* Fl. Ped. I. p. 157. N. 572.

Senecio Carduus Apulus. *Colum.* Ecphr. p. 32. f. 34.

Cyanus pluchro femine Centaurei majoris. *Joh. Bauh.* hift. III. P. I. p. 24.

Chondrilla rara purpurante flore, femine nitido. *Lobel.* Obf. p. 116.

Chondrilla hifpanica IV. *Tabern.* hift. p. 487.

Copiofe prope Capo d'Iftria.

Planta annua. Radix calami fcriptorii craffitudine fufiformis, fibrillis multipliciter undique fepta. Caulis fesquipetalis et ultra, divaricato-ramofus, erectus, fat gracilis, fed firmus, ficcus, durefcens, teres, ftriatus, laevis, faturate viridis. Folia primordialia (cotyledones) duo duntaxat, oppofita oblongo-ovalia in petiolum decurrentia, integerrima, glabra, nuda: proxima bina fuperiora, et ipfa oppofita, oblonga, obtufa, fublanceolata, plana, oris repando-

repando-dentatis, ciliatisque: Reliqua caulina, et ramea laxe alterna, ſimpliciter impari-pinnata, pinnis anguſte linearibus, ſerratis, ſpinuloſeque ciliatis, glabris, ſaturate viridibus, longitudine ſurſum verſus increſcentibus. Fertiliore dum planta creſcit ſolo, pinnulae hae duas fere latae ſunt lineas, fine obtuſo, ipſeque tunc earumdem axis communis, per quem decurrunt, utrinque anguſte alatus eſt: ſteriliore contra ſolo, adeo anguſte, et breves ſolent eſſe, ut fere in Centaurea paniculata. Terminantur caulis ramique tribus quatuorve, aut quinis, haud admodum ab invicem alternatim ſemotis capitulis floralibus, ſat reſpective gracilibus, pollicem fere longis, ſuo ſingulis pedunculo, calycem vix excedente, inſiſtentibus. Eſt eorumdem calyx oblongus ad novem usque lineas, tres vixdum craſſus, ex ovata baſi ſubcylindraceus, ſquamis imbricatus muticis, trium quatuorve ordinum, lineari-lanceolatis, acuminatis, concavis, glabris, viridibus, apicem verſus ruſeſcentibus, extimis infimisque breviſſimis, intimis duplo triplove longioribus, omnibus margine albido-membranaceis. Corollae omnes dilute pallideque rubellae; Diſci breviores, hermaphroditae, tubuloſo-urceolatae, tres quatuorve, tubulo gracili albo, ſub urceolo extus pubente; limbo ſive urceolo oblongo, quinquedenticulato, erecto: his ſtamina quinque cum cylindrulo antherarum, albo-polliniferarum; et ſtylus ſtaminum longitudine albus, cum ſtigmate oblongo, craſſiuſculo, exſerto, ex albo-rubeſcente. Corollae radii, quinis vix plures, diſco calyceque altiores, ex defectu ſtaminum, ſtigmatisque femineae, et ſteriles, tubulo conſtant albo capillari, ſenſim in limbum infundibuliformem dilatato quadri- aut quinquepartitum, laciniis anguſte linearibus inaequalibus. Receptaculum paleaceo-ſetoſum, paleis calycem fere aequantibus albo-argentatis nitentibus. Semina hermaphroditarum unum alterumve, brevia, craſſula, obverſe ovata, pube brunneo-ſericea nitente denſe obſita, coronata apice margine in cylindrulum elevato, ſquamulis ſex ſeptemve nigris radiante. Pappus ſub ſeminis margine terminali ſeſſilis, ſimplex, piloſus, ater, nitens, in roſulam patens. Odor nullus.

113. Centaurea *karſchiana*.

Centaurea calycum ſquamis ovatis ſpinuloſo-ciliatis, foliis pinnatis, pinnulis breviter et anguſte lineari-lanceolatis; caule ramisque paniculato-corymboſis.

Centaurea kartſchiana, glabra, ramoſa, foliis pinnatis, pinnis ſeſſilibus, lanceolatis decurrentibus, acumine terminatis; calycinis ſquamis ſpinoſo-ciliatis. *Scopol.* Fl Carn. 2. P. II. p. 142. N. 1027. Tab. 55.

Frequens in apricis pratis Montium, vulgo Karſch, prope Duinum.

Pianta

Planta perennans. Caulis cubitalis, pennae anserinae craſſitudine, firmus, erectus, e tereti angulosulus, glaber, tamen retroductu ſcabriuſculus, obſcure viridis, jam a baſi alternatim ramoſiſſimus; ramis erecto-patulis; utrisque apicem verſus paniculato-ſubcorymboſis. Folia copioſa, laxe alterna, pollicem plus minus longa, impari-pinnata, aut ſi velis, profundiſſime pinnatifida, pinnulis (duorum aut trium jugorum) breviter et anguſte lineari lanceolatis (triplo quam Scopolii figura exprimit anguſtioribus) integris, craſſulis, glabris obſcure viridibus, laxe ordinatis; ſummis, ſub capitulis, ſimplicibus. Capitula ſingulis in pedunculis ſolitaria, iis Centaureae ſcabioſae minora, et ovata, ſubſeſſilia, id eſt, unico plerumque foliolo ſuffulta; imbricata ſquamis calycinis ovatis, ſtriatis, glabris, apice ſpinuloſo-ciliatis, ciliis rigidis, erectis, flaveſcentibus, nec sfacellatis. Corollae rubentes, generis. Antherae albo-flaveſcentes. Receptaculum ſetoſum, ſetis fere calycis longitudine; ſemina oblonga, ſubturbinata, nitentia, coronata pappo ſeſſili brevi ſimplice niveo, ſericeo. Radix craſſe fuſiformis, longa, lenta.

Obſerv. Exiſtimat Cl. Villars plantam hanc parum differre a Centaurea ſcabioſa; in hoc fallitur; neque enim credo Villarſio notam fuiſſe Scopolii plantam.

114. Centaurea *ſplendens.*

Centaurea ſquamis calycum ſcarioſis niveo-argentatis, obtuſis, innocue mucronulatis, foliis imis bipinnatifidis, ſuperioribus pinnatis, pinnis anguſte lineari-lanceolatis.

Centaurea ſplendens calycibus ſcarioſis obtuſis; foliis radicalibus bipinnatifidis, caulinis pinnatis, dentibus lanceolatis. *Linn.* Sp. pl. p. 1293. N. 31. *Allion.* Fl. Ped. I. p. 160. N. 586. *Hoſt.* Syn. p. 477. N. 8. *Leyſſer.* Fl. Hal. p. 218. N. 886. *Roth.* Fl. Germ. II. P. II. p. 306. N. 10.

Rhaponticum foliis pinnatis, pinnis ſemipinnatis, pinnulis lanceolatis, calycibus nitidis. *Haller.* hiſt. I. p. 85. N. 197.

Stoebe ſalmantica tertia. *Cluſ.* hiſt. p. IX. Fig. p. X.

In aſperis rupeſtribus, et ſecus viam prope Contovello inter Tergeſtum et Profecco.

Radix fuſiformis, in lignum fere dureſcens, parce fibrilloſa, altero dein anno caulem attollit usque ſesquicubitalem, firmum, farctum, digiti ad baſin craſſitudine, rigeſcentem, teretem, ex ſtriis ſubangulatum, viridem, tactui ſcabrum, ob villulos exiguos rigidulos caneſcentes, paniculato-ramoſum; ramis divaricatis, erecto-patulis. Folia anni primi (deperitura ſerius) ex petiolo lon-

longiusculo, bipinnatifida, per terram fusa in orbem; caulina inferiora, anni alterius, et ipsa ex petiolo seu axe communi bipinnatifida, erecto-patula, multo tamen minus elongata; superiora contra non nisi simpliciter pinnatifida; pinnis omnium peranguſtis, lineari-lanceolatis, laxe, usque ad axem communem divisis, incano-virentibus, non vere glabris aut laevigatis, sed ex microscopicis rigidiusculis villulis, scabris. Capitula caulis, ramorumque terminalia, ovata, nucis avellanae magnitudine calyce constant, laxe squamis imbricato multorum ordinum, obtuse ovatis, concavo-convexis, scariosis membranaceis, glabris, niveis, sericeo argenti nitore splendentibus, apice cuspidula brevi concolore, et innocua mucronulatis. Receptaculum densissime niveo-setosum, setis mollibus calyce brevioribus. Corollae generis; rubrae, longiusculo et albo insistentes tubulo; disci fertiles, staminibus, pistilloque instructae; radii, ob defectum genitalium, steriles. Semina parva, lineam longa, pube brevissima cano-sericea, instrata, coronata pappo brevi, simplice, ex paleis inaequalibus albis constante verius, quam ex pilis.

Observ. Non nisi subdubitans synonyma Rothii et Leysseri recepi. Uterque se ad Johannis Bauhini referunt Scabiosam squamatam argenteam; sed quamvis sub hoc nomine Bauhinus Clusii Stoeben Salmanticam tertiam figura sua expresserit, tamen ipse disertis fatetur verbis, squamatam suam argenteam non nisi eandem esse cum Salmanticensi Clusii secunda; id est cum Centaurea alba.

115. Centaurea *solstitialis.*

Centaurea calycibus duplicato-spinosis; foliis imis lyrato pinnatifidis, caulinis rameisque lineari-lanceolatis decurrentibus; cauleque alato, albo-lanuginosis.

Centaurea solstitialis calycibus duplicato-spinosis solitariis, foliis rameis decurrentibus inermibus lanceolatis; radicalibus lyrato-pinnatifidis. *Linn.* Sp. pl. p. 1297. N. 46. *Lumnizer.* Fl. Poson. p. 392. N. 877. *Scopol.* Fl. Carn. II. P. II. p. 140. N. 1028. *Roth.* Fl. Germ. II. P. II. p. 367. N. 12.

Carduus stellatus mitior Apulus, spina solstitialis altera. *Colum.* Ecphr. p. 30. et 31.

Calcitrapa caule alato, foliis tomentosis, radicalibus semipinnatis, caulinis lanceolatis dentatis. *Haller.* hist. I. p. 83. N. 193.

Spina solstitialis. *Dodon.* Pempt. p. 733. Fig. p. 734. sinistima. *Jo. Bauh.* hist. III. p. 90.

O Annua.

Circa Tergeſtum, Flumen, et in Inſula Veglia. Olim in adſcenſu Arcis Poſonienſis.

Annua. Radix digitum fere auricularem craſſa, fuſiformis, ſublignefcens. Caulis pedem plus minus altus, teres, ſiccus, ipſa alias a baſi in ramos diviſus, alias per omnem longitudinem, iterumque non niſi apicem verſus in ramos folioſos divaricatus, una cum ramis a decurrentibus foliis alatus, albaque undique lanugine, in mollia araneoſa fila diducenda obductus. Folia, eadem et ipſa lanugine veſtita, nullis horrent ſpinulis, inermia, mollia; radicalia ſemper lyrato-pinnatifida, pinnis obtuſe linearibus, crenatis, aut et undulatis, per axem ſemidecurrentibus; caulina alias et ipſa pinnatifida, aut ſaltem lanceolato-dentata, perſaepe tamen ſimplicia obtuſe lanceolata integraque; ramea numquam non anguſte lineari-lanceolata, omnibus per caulem ramosque decurrentibus. Capitula floralia ſolitaria, mediocria, globoſa, caulem ramosque terminant. Imbricata ea ſunt ſquamis rotundatis plurium ordinum durefcentibus, concavis, aquoſe luteolis, breviſſime tomentoſulis, apice in ſpinam duram, flavam nitentem, erecto-patentem, quae ad baſin utrinque brevem aliam ſpinulam adſidentem habeat, abeuntibus. Calycem ſquamae hae, arcte invicem appreſſae, capitulorum efficiunt. Receptaculum ſetoſum. Corollae calyce duplo longiores, omnes dilute flavo-auratae. Diſci plurimae, hermaphroditae e tubulo albo in limbum oblongum erectum aequaliter quinquepartitum abeuntes, ſegmentis linearibus anguſtiſſimis, antherarum cylindrum flavum aequantibus; ſtylo albo ſub ſtigmate flavente, pubente. Corollae radii femineae, iis diſci altiores, e tubulo capillari albo in limbum infundibuliformem inaequaliter quinquepartitum ampliatae, ex defectu ſtaminum, ſtigmatisque ſteriles. Semina hermaphroditarum coronata pappo piloſo ſimplice albo.

116. Centaurea *rupeſtris*.

Centaurea calycibus ciliatis, ſpinoſisque; foliis bipinnatis, pinnis anguſtiſſime linearibus, apice mucronulatis.

Centaurea rupeſtris calycibus ciliatis ſpinoſis, foliis bipinnatis linearibus. *Linn.* Sp. pl. p. 1298. N. 50.

Jacea montana lutea minima tenuifolia. *Colum.* Ecphr. I. p. 35. et 36.

Goritiae in Monte S. Catharinae, Julio et Auguſto: Pariter in Montibus aſperis apricis Karſchii ſupra Tergeſtum; prope Vipacum. Copioſe am Kroatiſchen Schneeberg, qua verſus civitatem Fluminenſem in Sinu Flanatico deſcenditur.

Radix perennis, calami ſcriptorii craſſitudine, lignefcens, fuſiformis, ſimplex, aut et brachiata, fibrillis vage ſepta, capite ex veteribus foliorum reliquiis

quiis porcino-setoso. Caulis ex ea unicus, gracilis, sed firmus, rigidus, angulatus, prima in aetate lanugine obductus alba, brevi tamen decalvatus; indeque glaber, e virore flavescens; jam non nisi sesquipollicaris, aut bi-et tripollicaris, alias spithamalis, pedalis, subcubitalis, nec major; communiter simplicissimus, unico terminatus respective praegrandi capitulo: in duos, tresve summum quatuor, majoribus in exemplaribus, divisus ramos erecto-patentes suo et ipsos singulari terminatos florum capitulo. Folia primordialia, quae praepropere depereunt, non amplius vel in florente videnda planta, simplicia ovalia, aut lanceolata, integra, aut dentata, rarius sublyrato-pinnatifida, et in petiolum decurrentia, unum alterumve. Reliqua radicalia copiosa, in terram reclinia, bipinnata, sicca, rigidula, pinnis anguste linearibus, brevi rigidulaque terminatis cuspidula; suntque glabra, laete viridia, cum prima in aetate communis eorundem axis canaliculatus, alba obductus fuerit lanugine. Folia per caulem, ramosque dum adsunt, plerumque pauca, alternaque, simpliciter pinnata, etiam simplicia tantum; radicalibus analoga, caeterum, sed tenuiora adhuc, iis Centaureae paniculatae non multum absimilia. Capitula florum respective magna. Calyx crasse ovatus, imbricatus squamis subcartilagineis plurium ordinum, rotundatis, concavis, e virore luteolis, subtomentosulis, per oram flavido-ciliatis, terminatis apice spina simplice, dura, flavente, nitida, rigida, admodum in infimis squamis brevi (ut muticas dicas) in superioribus tamen quinque aut sex lineas longa. Intimae calycum squamae oblongae, apice scariosae et muticae. Flores omnes flosculosi, flavo-aurati, iis Centaureae solstitialis, quoad omnia persimiles, tam in disco, quam in radio. Cylinder antherarum in hermaphroditis corollas excedit; stigma ipsas antheras, estque oblongum, stylo crassius, breviter bifidum, basi villosulum. Receptaculum albo-setosum. Semina hermaphroditarum brevia, compresso-obovata, nigrescentia, laevigata, nitentia, coronata pappo brevi simplice inaequali, densissimo, albido, sessili.

Observ. Haec est genuina plantae descriptio, quam Scopolius, et ex eo Hostius, sub nomine Centaureae collinae proposuere. An collina a rupestri specie differat? in medio relinquo. Quoties tamen cunque plantam meam cum Columnae Jacea citata comparavi, exacte utramque convenire vidi; numquam contra talem observavi, qualem Clusius ex Salmanticensi solo decerptam in Historia sua pag. VIII. repraesentavit, cuique folia simpliciter sint pinnata, iis Centaureae majoris folio multifido seu Centaureae nigrae similia. Semina Scopolius villosa dicit, re tamen vera glabra sunt, nitentque ex laevore, nec ex sericea pube, aut villis.

117. Serapias *lingua*.

Serapias bulbis subrotundis; nectarii labio trilobo; lobis lateralibus subrotundis, surrectis, intermedio acute linguaeformi maximo, deflexo, basi barbato.

Serapias bulbis subrotundis; nectarii labio trifido, acuminato, petalis longiore, glabro. *Linn.* Sp. pl. p. 1344. N. 2. *Gerard.* Gallopr. p 132. N. 4. *Osbeck.* Iter Ind. Orient. etc. ad Fretum Gadit. p. 76. N. 59.

Orchis macrophylla. *Columu.* Ecphr. p. 321. Tab. 322.

Orchis lingua. *Scopol.* Fl. Carn. 2. Tom. II. p. 187. N. 1104. *Allion.* F. Ped. II. p. 148. N. 1833.

Orchis radicibus subrotundis, galea conglutinata, longissime rostrata; labello trilobato, ovato-lanceolato. *Haller.* hist. II. p. 135. N. 1267.

Orchis montana Italica flore ferrugineo, lingua oblonga. *Seguier.* Suppl. p. 248. Tab. 8. f. 4.

Goritiae Majo retro Castagnavize in pratis humidiusculis. Item in pratis ad S. Maurum. Etiam in Colliculis apricis herbidis prope Jordan; et qua ex Jordan versus Rocca di Cormons itur: tum et circa Tergestum.

Duae hujus mihi occurrere varietates, magnitudine duntaxat differentes, e quibus Linnaeus duas fecisse videtur species; quas Cordigeram, et Linguam vocavit. Haec Goritiae communis, spithamae circiter longitudine, pauciflora; illa, tres fere longa spithamas crassitudine digiti auricularis, decemflora etc. Conveniunt utraque in specificis caetera notis characteristicis; perennantque more congenerum bulbis binis ovatis, et fibris tereti-filiformibus flexuosis quaquaversum supra bulbos diffusis. Caulis erectus teres, obscure rufescens, glaber, a basi ad mediam usque altitudinem foliis alternatim vaginatus lanceolatis, erecto-patentibus, glabris, subtus rachi dorsali elevata subcarinatis, striatisque. Abit is superiora versus in spicam florum sessilium, laxe alternantium, ut mutuo tamen se se contingant, in Varietate majore, spithamalem, breviorem, magisque depauperatam in minore varietate. Flores ex axillis bractearum oblique erecto-patentes, oblongi, bracteis tamen ipsis, ovato-lanceolatis, semiamplexicaulibus, coloratis, pallide ferrugineis, subspataceis, et striis saturatioribus exaratis, breviores. Germen inferum subsessile viride, oblongum obtuse triquetrum, striis elevatis rufis duplo pluribus percursum. Calyx nullus. Corolla obscure rufo-ferruginea, seu obscure granatini coloris, hexapetala, petalis quinque superioribus in galeam oblique rostratam ovato-lanceolatam, concavo-convexam semiconglutinatis, dum semidehiscant denique; suntque longi-

longitudine fubaequalia, tria exteriora duplo latiora, ex ovata bafi, elongato-lanceolata, lineis faturatioribus picta; interiora duo, lateri interiori exteriorum lateralium conglutinata, e bafi ovata concava, oris crifpata, atro-rubente in fubulam galeae longitudine dilutiorem abeuntia. Petalum infimum feu labium nectariferum trilobum, lobis bafeos rotundatis (auricularum lateralium inftar) fuberectis, atro-rubentibus, interne lineis obliquis bifidis dilutioribus, pictis; lobo intermedio longiffimo, ovato-lanceolato, feu acute linguaeformi, deorfum propendente et deflexo; dilutius rufo-ferrugineo, lineis ramofis faturatioribus picto, et bafin verfus fuperne villis albis exftantibus barbato. Cucullus ftaminifer gracilis, concolor, per arcum concavum canaliculatum e germine verfus galeam petalodem adfcendit, in denticulos duos verfus labium nectariferum prominens, eftque ovato-acutus, ftamina antice membranula obtecta fovens, breviffima ex uno globello communi enata; dihifcente ferius membranula antheras exhibens e virore lutefcentes.

118. Carpinus *orientalis*.

Carpinus fquamis ftrobilorum latiufcule ovatis, ferratis, bafi illinc introrfum replicatis; foliis ovato-lanceolatis biferratis.

Carpinus orientalis foliis ovato-lanceolatis ferratis, ftrobilis brevioribus. *Linn.* Syft. Nat. Edit. Gmel. Tom. II. P. I. p. 755. N. 5.

Carpinus orientalis folio minori, fructu brevi. *Tilli.* hort. Pif. p. 33. *Michel.* hort. Fl. p. 22. N. 3.

Carpinus duinenfis amentis femineis ovatis, fquamis fubcordatis, duplicato-dentatis. *Scopoli.* Fl. Carn. II P. II. p. 243. N. 1190. Tab. 60.

Vulgaris Duini, et Monfalconii in fylvis; tum Tergefti al Bofchetto. Etiam in Iftria prope Umago, ubi Michelius invenit. Colitur etiam ex oriente allatus in horto Patavino, ubi ante quinquaginta annos fui etc.

Arbori perennanti truncus brachii craffitudine, haud admodum procerus, cito in ramos quaquaverfum diffufus. Cortex ex rufo-fufcefcens glaber, ramulis junioribus cinereo oblitis halitu. Folia, iis Carpini betuli, minus ampla, brevioraque, confimilia tamen; ovato-lanceolata, acute biferrata, brevi nixa petiolo, oblique transverfim ftriato-plicata; fupra faturate viridia et glabra; fubtus pallidiora, aquofe virentia, et prima in aetate pube decumbente (ferius cadiva) inftrata. Amenta mafcula, femineaque in diverfis ejusdem arboris ramulis. Mafcula per ramulos alternatim feffilia, infra foliorum gemmas, oblongo-ovata, plus minus femipollicaria, duas craffa lineas, primum erecta, ferius nutantia, imbricata fquamis calycinis, absque corolla, ovato-acutis, concavo-convexis, dorfo ftriatis, nudis, flavido-virentibus, apicem verfus rubris,

rubris, per oras villis albidis mollibus cadivis ciliatis. Antherae subsessiles usque duodecim flavae, ovatae didymae, apice fasciculo pilorum alborum terminatae, calycem haud excedentes. Amenta feminea in ramulorum extremitate, supra folia, pedunculata, solitaria, ovata, crassula, squamis foliaceis imbricata, duplo quam reliqua folia, brevioribus, latiuscule ovato-acutis, serratis, multinerviis, oblique plicatis, viridi-flaventibus, glabris, latere baseos interiore angustiore, et introrsum velut ad contutandum germen, inflexo, sive replicato. Germen sessile, ovato-angulatum, nudum, quinquedenticulato coronatum calyculo, striis elevatis exaratum, apice albido tomentosulum. Styli duo longi, rubri, stigmatibus simplicibus, acutis. Nux germini analoga, unilocularis monosperma.

119. Pistacia *terebinthus.*

Pistacia foliis impari-pinnatis; foliolis ovali-lanceolatis integris; racemis florum supradecomposito-paniculatis.

Pistacia foliis impari-pinnatis; foliolis ovato-lanceolatis. *Linn.* Sp. pl. p. 1455. N. 4. *Scopol.* Fl. Carn. II. P. II. p. 262. N. 1218. *Host.* Syn. pl. p. 532. N. 1.

Terebinthus. *Matthiol.* p. 74. *Clus.* hist. I. p. 15. *Dodon.* Pempt. p. 870.

Goritiae in saxosa Lisoncii ripa haud procul Ponte, alibique in Littorali etc. et Istria.

Frutex arborescens copiose ramosus, septem decemve pedum, cortice ex rufo tandem cinerascente. Rami primum virides, exinde rufi, nigrescunt denique, ut et racemorum axes. Folia impari-pinnata, foliolis trium jugorum sessilibus, impare petiolato, oblongo-ovalibus, aut et ovali-lanceolatis, integerrimis, planis, laurinis, firmis, supra saturate viridibus, glabris, nitentibus; subtus primum villosis, serius decalvatis, aquose pallideque, absque nitore, virentibus, nervulisque rufescentibus, de intermedia rachi, transverse utrinque arcuatim adscendentibus, exaratis. Flores dioici; utrivis ex axillis annotinorum, jamque deciduorum foliorum in racemis supradecomposito-paniculatis; Mares quidem in amentulis pollicaribus alternis, stipatissime sessiles; Feminei contra in elongatis, laxeque diffusis compositis racemis, singillatim pedunculati; Neutri corollati. Marium calyx lineam haud excedens, quinquefidus, e viridi-rufescens, succolatus squamula amenti propria, stamina fovet quinque brevissima, anthera tetragono-ovata magna flava terminata: femineorum contra calyx exiguus, trifidus e viridi rufescens nulla fultus squamula,

mula, germen fovet ovatum calyce tantisper altius, binis, ternisve ſtylulis terminatum cum ſtigmate obtuſo tomentoſo. Drupa ſicca ſphaeroideo-ovata, e caeruleo-nigreſce s, nuce conſimili glabra. Odor terebinthinus.

120. Pistacia *lentiſcus.*

Piſtacia foliis pari-pinnatis; foliolis ovalibus integerrimis, margine revolutis; racemis florum ſpicaeformibus axillaribus erectis.

Piſtacia lentiſcus foliis abrupte pinnatis, foliolis lanceolatis. *Linn.* Sp. pl. p. 1455. N. 5. *Gerard.* Gallopr. p. 534. N. 2. *Allion.* Fl. Ped. II. p. 191. N. 1891. *Hoſt.* ſyn. p. 532. N. 2.

Lentiſcus. *Matthiol.* Comm. p. 72. cum flore femineo; et foliis impari pinnatis! *Cluſ.* hiſt. p. 14. *Lobel.* Obſ. p. 538. *Dodon.* Pempt. p. 871. *Jo. Bauh.* hiſt. I. P. I. p. 285.

Frequens in Iſtria; in Inſula Cherſo etc.

Frutex ſempervirens, Virgas Coryli ad inſtar attollit ſex ſeptemve pedes altos, ramuloſos, dum in arbuſculas convaleſcant denique; ſunt hae teretes, glabrae cortice obductae rufo, ſerius cineraſcente, viminum more, lentae, obſequioſae, flexiles, frangi fere impatientes. Folia in virgis, ramulisque alterna, abrupte ſeu pari-pinnata, jugis foliorum communiter quatuor, absque impare terminali, cujus loco communis pinnarum axis in brevem procurrit cuſpidulam. Sunt foliola haec plus minus pollicaria, tres, quatuorve lata lineas, ovalia verius, quam lanceolata, plana, firma, laurina, integerrima, ora marginis revoluta, ſuperne ſaturate viridia, glabra, nitentia, ſubtus pallida, nervo dorſali exarata, ſeſſilia, oppoſita, aut et non raro parumper alterna. Communis eorundem axis canaliculatus ſuperne, ſubtus convexus. Racemuli florum ſpicaeformes, plus minus ſemipollicares, ſimpliciſſimi, breviter pedunculati, communiter ex foliorum axillis erecti, interdum tamen et ſub foliorum axe enati; Mares in diverſa a femineis arbuſcula, aut virgis. Flores ipſi parvi, approximati, ſinguli breviſſime pedicellati, ut ſubſeſſiles dicas, ſuffulti exigua bracteola. Calyx parvus, maſculi floris quinquefidus, erecto-patulus; ſtamina perexigua alba quinque, ut nulla credas; antherae totidem flavae, ovato-didymae, craſſulae, calyce majores. Corolla nulla. Calyx feminei floris et ipſe parvus, nec niſi trifidus; germen, absque corolla fovens rotundum ſeſſile, calyce majus, tribus terminatum ſtylis nonnihil reflexis. Stigmata craſſula tomentoſa. Drupa globoſa, cuſpidula terminata, nuda, e viridi rubeſcens, dum matureſcens nigreſcat; nucem analogam continens.

121.

121. Tamus *communis*.

Tamus caule volubili, foliis cordatis longe petiolatis; racemis florum axillaribus patentibus; in mare, petiolo longioribus, brevioribus in femina.

Tamus communis foliis cordatis indivisis. *Linn.* Sp. pl. p. 1458. N. 1. *Scopol.* Fl. Carn. II. P. II. p. 263. N. 1220. *Villars.* Delph. III. P. I. p. 273. *Haller.* hist. II. p. 291. N. 1620. *Necker.* Del. Gall. II. p. 399.

Vitis sylvestris sive Tamus. *Dodon.* Pempt. p. 400.

Vitis Bryonia sylvestris sigillum Mariae. *Lobel.* Observ. p. 344.

Vitis nigra quibusdam sive Tamnus Plinii. *Joh. Bauh.* hist. II. p. 147.

Goritiae, Salcani, et in Littorali ubivis in sepibus etc.

Radix perennis crassa caulem educit sarmentosum, volubilem, teretem, intortum, inferne calami fere scriptorii crassitudine, viridem, glabrum ad quinque, aut sex pedes adscendentem, undique se frutetis illigantem. Folia, laxa per intervalla, alterna, acuminato-cordata, indivisa, longe petiolata, integra, quo altiora, et minora; tenuia, nervis a petiolo divergentibus exarata, viridia, glabra, patentia. Flores dioici, in plantis diversis mares, femineique. Utrique racemosi. Racemi ex foliorum axillis. In sexu masculo longissimi, foliorum petiolum excedentes, patentissimi, nudi, flosculis brevissime pedicellatis, uno, duobus, tribusve simul, longe ab invicem sejunctis, obsiti: breves contra in sexu femineo, et pauciflori, foliorum petiolum non excedentes. Corolla utrisque nulla. Calyx vero monophyllus flavido-virens, subcampanulatus, plus quam semisexfidus, segmentis angustis, oblongis, alternatim paulo longioribus, et acutiusculis, aut obtusis, singulis basi nectariolo exiguo ovato instructis. Stamina flori masculo sex, calyce breviora, extrorsum arcuata, cum antheris saturate flavis subrotundis, absque pistillo. Femineus flos germini oblongo-ovato insidens, stylo absque staminibus instructus in tria stigmata emarginata explanato. Bacca obscure rubra, subglobosa, trilocularis, loculis singulis dispermis.

122. Celtis *australis*.

Celtis foliis alternis, breviter petiolatis, ex oblique ovata basi, lato-lanceolatis, serratis, subtus nervosis, transverse subreticulatis, hispidis.

Celtis foliis ovato-lanceolatis. *Linn.* Sp. pl. p. 1478. N. 1. *Scopol.* Fl. Carn. II. Tom. II. p. 271. N. 1232. *Host.* syn. pl. p. 547. N. 1. *Villars.* Delph. III. P. II. p. 800.

Lotus

Lotus arbor. *Matth.* p. 140. *Lobel.* Obferv. p. 605. *Dodon.* Pempt. p. 847.

Circa Duinum in Carfcho, alibique in Littorali per forum Julium et Iftriam.

Arbor Pruni, Cerafive altitudine. Virgae ramorum, communesque foliorum axes lenti, obfequiofi, primum virentes et villo brevi rigidulo hifpiduli, ferius obfcure rufi et decalvati. Folia alterna, breviter petiolata, ex oblique ovata bafi, lato-lanceolata, longiufcule acuta, ferrata, fupra faturate et obfcure viridia, pube decumbente plus minus obfita; fubtus inaequaliter quinquenervia, venulisque transverfis fubreticulata, pallide velut e luteo-virentia, et villo brevi rigidulo ftipatiffime addenfato, hifpidula. Flores polygami, Mares inferiores, hermaphroditique fuperiores, finguli ex fingulis foliorum axillis longe pedunculati, foliis nihilominus breviores. Neutri corollati. Calyx hermaphroditorum quinquepartitus, fegmentis ovatis, ex virore rufefcentibus, una cum ftaminibus quinque breviffimis, antherisque quadrangulis flavis marcefcentibus, et evanefcentibus, ut fub drupa maturefcente, nil nifi copiofus receptaculi villus albus remaneat; Germen ovatum viride, terminatum ftylis binis longiufculis fubulatis arcuatim divergentibus albis, denfeque albo-villofis; ftigmatibus fimplicibus. Drupa oblongo-ovalis, nigra, unilocularis, nuce confimili. Flores mares hermaphroditis fimiles, calyce tamen fexpartito, cum ftaminibus fex.

Synonymis adde: Celtis foliis fcabris ferratis, longiffime lanceolatis. *Haller.* hift. II. p. 290. N. 1619. Lotus arbor fructu Cerafi. *Joh. Bauh.* hift. I. p. 229.

123. Fraxinus *ornus.*

Fraxinus foliis impari-pinnatis, lanceolatis ferratis; floribus corollatis.

Fraxinus ornus foliolis ferratis, floribus corollatis. *Linn.* Sp. pl. p. 1510. N. 2.

Fraxinus. *Michel.* N. Pl. Gen. p. 225. Tab. 107.

Fraxinus florifera. *Scopol.* Fl. Carn. II. P. II. p. 282. N. 1250.

Frequens Tergefti in fylvis montanis, tum et in Vineis, perinde ac Goritiae ubivis.

Arbor perennans, humilis, tamen ad octo, decemve pedes affurgens, in ramos diffufa, cortice fufcefcente. Folia impari-pinnata, foliolis trium, quatuorve jugorum, cum impare, lanceolatis, breviter petiolatis, ferratis, fubtus prima in aetate leniter pubentibus, ferius utrinque glabris. Racemus florum ex oppofitione paniculatus. Floribus fingulis breviter pedicellatis. Calyx

parvus flavo-virens, quadridenticulatus. Corolla quadripetala; petalis oblongis, quadruplo calycem excedentibus, angustis, obtuse linearibus, integris, albis, serius cadivis. Stamina duo brevia, alba, versus germen arcuatim conniventia; antheris oblongis, cordato-acutis, flavis. Germen ovato-compressum, nudum. Stylus crassiusculus, subcylindraceus. Stigma crasse bifidum. Flores, praeter hermaphroditos, non memini me vidisse, suntque odorati. Varietates, ratione foliorum, usque quatuordecim, Michelius recensuit. Florere jam Maji initio incipit.

124. Lichen *melanoceros.*

Lichen fruticulosus, erectus, teres, farctus, ramosissimus, divaricatus, dilute sulphureus, extremitatibus multipliciter breviterque furcatis, nigricantibus.

Semper terrestris, et alpinus, Lichenibus nivali, islandico, rangiferino etc. immixtus. Frequens in alpibus Praxensibus Landkogel- und Sarler-Alpe cum L. Vermiculari sive Taurico, tum in Basterzen et Heiligen Bluter Taurn; nuspiam frequentior quam in Sau Alpe, ubi ad horae spatium omnia sulphureo-albent.

Fruticulus quam maxime caespitosus, cauliculis est a duobus ad usque quatuor pollices altis, erectis, teretibus, solidis, sive farctis, glabris, laevibus, rigidiusculis, ramosissimis; ramis divaricatis; totus citrinus, aetate dilute sulphureus, in aquosum quandoque virorem e flavo languens, plerumque in senio e flavo-albescens; Extremitates versus multipliciter, et breviter furculatus et nigrescens, scutellas, tubercula, pulveremque licet in millenis curiose inquisiverim exemplaribus, nondum detegere potui.

Observ. Nunquam dubitaveram esse Lichenem fruticosum laevem diffusum ramosissimum flavum ramulis liventibus Halleri. III. p. 80. N. 1964. Et consequenter Ehrharti Lichenem Ochroleucum (Beyträge III. p. 82. N. 51.) quem Villarsius Delph. III. Part. II. p. 938. N. 13. Lichenem vocat rigidum; La Tourettius vero Lichenem subfuscum; Gmelinus jam flavidum, iterumque subvirescentem, Hoffmannus denique Usneam ochroleucam Pl. Lich. II. p. 7. Tab. 26. f. 2. Ab hac tamen opinione vel invitum abduxerunt sequentes praeprimis rationes: Et Hallerus et Ehrhartus, et Villarsius Lichenem suum cavum, inanem, un peu creux, et consequenter fistulosum afferunt, cum meus semper farctus sit et solidus; plerique praeterea filamentosis sive Usneis suum accenlent Lichenem, cum meus fruticulosus omnino sit. Tam inter diversa trivialia nomina, rigidi, subfusci, ochroleuci, flavidi, subvirescentis, minu

cert

certe propria, quodnam deligerem haefitans, proprium, externaeque Lichenis faciei appofitiffimum adoptavi melanoceri, utpote cujus extrema cornicula nigrefcant. Errorem fi quis in hoc me erraffe vociferetur, infipidam crifin tranquillus deglutiam.

125. Lichen *vulpinus.*

Lichen filamentofus ramofiffimus erectus faftigiatus citrinus; caule ramisque ex tereti plano-compreffis lacunofis; fcutellis feffilibus rubris, fubtus margineque flavis.

Lichen vulpinus filamentofus ramofiffimus erectus faftigiatus, inaequali angulofus. *Linn.* Sp. pl. p. 1623. N. 79. *Oeder.* Fl. Dan. Tab. 226.

Ufnea capillacea citrina fruticuli fpecie. *Dillen.* Mufc. T. 13. f. 16.

Lichen ramofus aureus cauliculis planis lacunatis, ramis farinofis cornutis. *Haller.* hift. III. p. 81. N. 1974.

Ufnea vulpina compreffa lacunofa ramofa dichotoma faftigiata citrina. *Hoffm.* Fl. Germ. II. p. 138. N. 16.

In Carinthiae et Tyrolis alpibus frequens in Cembra et Larice, numquam in muris, tectis et fepibus. Nufpiam elegantior, major, magisque fcutelliger, quam in alpibus Praxenfibus verfus Geisl, Rofsalpe etc.

Vel folo colore citrino, minus magisve faturato, in aureum etiam nonnonnunquam tendente, a congeneribus fe diftinguit eminus; femper erectus, nifi fenio, variisque aëris viciffitudinibus forte deprimatur; Fruticuli elegantis refert fpeciem, caule ramofiffimo, jam pyramidis inftar exaltatus, alias divaricatus magis, et omnino faftigiatus quaquaverfum fe diffundit expandendo. Prima in aetate, caule, ramisque eft teretibus, glabris, laevibus, faturate citrinis, et fere aurantiacis; ea tranfacta, praeter cornicula extima fubulata, utrisque plano-comprimitur, ad inftar Lichenis prunaftri, utrinque lacunofus, velut ex relictis variolarum veftigiis inordinate concavis, puftulatisque. E flavo fenio fubvirefcit denique, pulvere adfperfus undique farinaceo concolore, non amplius laevis, imo fcabritie exafperatus pulverulenta. Nullae in eo fructificationis fcutellae, tuberculave hactenus vifae; eas tamen inveni denique in compluribus, fat frequentes, exemplaribus; funtque concavo-fuborbiculatae fcutellae, magnitudine differentes, plerumque in extimis infractis ramificationibus feffiles, fuperne faturate rubrae, fubtus, margineque furfum inflexo, citrinae.

126. Lichen *trichodes.*

Lichen filamentofus pendulus ramofiffimus, teres, laevis, fubmuriculatus, aquofe fulphureus; ramis repetito-dichotomis, elongato-capillaceis; dichotomiarum axillis compreffis.

Ex itinere alpeftri mecum retuli, loci, arborisque, ex qua decepi, oblitus.

Caulis a fex ad decem usque pollices longus, fetae plus minus porcinae craffitudine, laxa per intervalla ramofiffimus, pendulus, teres, farctus, laevis, obfcure obtufeque muriculatus, ramis quinque plus minus pollices longis, iterum iterumque dichotomis, elongato-capillaceis: dichotomiarum axillis plano-compreffis. Scutellas, fructificationumque tubercula in eo nufpiam inveni; coloris eft undique velut e viridi aquofe fulphurei; intra aquam non absque firmitate quadam emollitur; deficcatione fubrigefcit elaftice flexilis; aquam colore haud tinxit; nec amaritudinem mafticatus caufavit; humectatus, quamquam nec fiftulofus, nec articulatus proprie fit, tamen reductu manus intra digitos compreffus, ob exiguas quasdam eminentias, inftar foliorum junci articulati, fe exhibuit muriculatum. Defcriptum apud auctores nufpiam inveni; nifi quidem fit Dillenii Ufnea dichotoma compreffa fegmentis capillaceis teretibus. Tab. 13. f. 15. Aut Michelii Lichen luteus rugofus tinctorius furculis brevioribus. N. Pl. Gen. p. 77. N. 5. Vel Joh. Bauhini Laricus mufcus. hift. I. Part. II. p. 263. pro 273. Id, quod aliis difcutiendum relinquo, cum mihi hac in difquifitione fatisfacere haud valeam.